λʹ. Λακεδαιμόνιοι δὲ, αἰσθόμενοι τὸν θροῦν [u] τὸν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ καθεστῶτα, καὶ τοὺς Κορινθίους διδασκάλους τε γενομένους, καὶ αὐτοὺς μέλλοντας σπείσασθαι πρὸς τὸ Ἄργος, πέμπουσι πρέσβεις ἐς τὴν Κόρινθον, βουλόμενοι προκαταλαβεῖν τὸ μέλλον. καὶ ἠτιῶντο τήν τε ἐσήγησιν τοῦ παντὸς, καὶ εἰ Ἀργείοις, σφῶν ἀποστάντες, ξύμμαχοι ἔσονται. παραβήσεσθαί τε ἔφασαν αὐτοὺς [x] τοὺς ὅρκους, καὶ ἤδη ἀδικεῖν, ὅτι οὐ δέχονται τὰς Ἀθηναίων σπονδάς· εἰρημένον, κύριον εἶναι, ὅ, τι ἂν τὸ πλῆθος τῶν ξυμμάχων ψηφίσηται, ἢν μή τι θεῶν ἢ ἡρώων κώλυμα ᾖ. Κορίνθιοι δὲ, παρόντων σφίσι τῶν ξυμμάχων, ὅσοι οὐδ' αὐτοὶ ἐδέξαντο τὰς σπονδὰς (παρεκάλεσαν δὲ [y] αὐτοὺς αὐτοὶ πρότερον,) ἀντέλεγον τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἃ μὲν ἠδικοῦντο, οὐ δηλοῦντες ἄντικρυς, [z] ὅτι οὔτε [a] Σόλειον σφίσιν ἀπέλαβον παρ' Ἀθηναίων, οὔτε Ἀνακτόριον, εἴτε τι ἄλλο ἐνόμιζον ἐλασσοῦσθαι· πρόσχημα δὲ ποιούμενοι, τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης μὴ προδώσειν. ὀμόσαι γὰρ αὐτοῖς ὅρκους ἰδίᾳ τε, [b] ὅτε [c] μετὰ Ποτιδαιατῶν [d] τοπρῶτον [e] ἀφ-

[u] Τοῦτον *Marg. Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. Mox πρὸς τὴν Κόρ. Mosqu. [x] Τοὺς non habet *Reg.* Antea Ἀργείοι Mosqu. [y] Αὐτοὶ αὐτοὺς *Reg.* Antea Mosqu. καὶ ὅσοι—ἐδέξ. σπονδ. Mox ἄντικρις *id.* [z] Ὅτι δὲ οὔτε *Ar. C.* Mox Ἀνακτώριον Mosqu. [a] Hæc, ni fallor, eadem est urbs, quæ p. 101. Σόλιον dicitur: et p. 203. Σόλλιον. Vide *Var. Lect.* ad p. 101. Σόλλειον *Gr. Reg. Cass.* Aug. [b] Ὅτι *Gr.* [c] Μετὰ omittunt *Gr. Ald. Bas.* Τῶν Ποτ. Mosqu. [d] Τὸ πρῶτον *Ar. C. Cass.* Mosqu. [e] Hujus defectionis meminit *Thucydides* l. 1. p. 33. *Huds.*

30. Lacedæmonii vero, cum hunc rumorem, qui per Peloponnesum dissipatus erat, sensissent, et Corinthios autores fuisse, ipsosque cum Argivis fœdus facere statuisse, *cognovissent*, legatos Corinthum miserunt, quod *illorum fœdus ac motum* futurum antevertere vellent. Et expostulabant cum de eo, quod totius *hujus motus* autores fuissent, tum de eo, quod a se deficere, et cum Argivis societatem facere statuissent. Eos jusjurandum violaturos dicebant, atque jam injuste facere, quod fœdera cum Atheniensibus percussa non admitterent: cum *in ipsis* illa conditio disertissimis verbis contineatur, id *ratum* esse oportere, quod major sociorum pars decreverit; nisi vel Deorum, vel heroum aliquod impedimentum intercesserit. Corinthii vero, præsentibus sociis, quos *in consilium* sibi adhibuerant, quotquot et ipsi fœdera non admiserant (ipsos enim ipsi prius advocaverant) Lacedæmoniis contradicebant, injurias quidem, quibus affecti fuerant, palam non declarantes, quod *videlicet* neque suum Solium neque Anactorium ab Atheniensibus recepissent, neque si qua alia re se fraudari putabant: sed speciosam causam prætendentes, *dicebant*, se non proditurus eos, qui erant in Thracia. se enim et privatim jurejurando interposito suam fidem ipsis dedisse, quo tempore primum una cum Potidæatis *ab Atheniensibus* defecerunt, et

ἵσταντο, καὶ ἄλλους ὕστερον. οὔκουν παραβαίνειν τοὺς τῶν ξυμμάχων ὅρκους ἔφασαν, οὐκ [f] εἰσιόντες ἐς τὰς τῶν Ἀθηναίων σπονδάς. θεῶν γὰρ πίστεις ὀμόσαντες, ἐκείνοις οὐκ ἂν εὐορκεῖν προδιδόντες αὐτούς. εἰρῆσθαι δ' ὅτι, ἢν μὴ θεῶν ἢ ἡρώων κώλυμα ᾖ· φαίνεσθαι οὖν σφίσι κώλυμα θεῖον τοῦτο. καὶ περὶ μὲν τῶν [g] παλαιῶν ὅρκων τοσαῦτα εἶπον. περὶ δὲ τῆς [h] Ἀργείων ξυμμαχίας, μετὰ τῶν φίλων βουλευσάμενοι, ποιήσειν, ὅ, τι ἂν δίκαιον ᾖ. καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμονίων πρέσβεις ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. ἔτυχον δὲ παρόντες ἐν Κορίνθῳ καὶ Ἀργείων πρέσβεις, οἳ ἐκέλευον τοὺς Κορινθίους ἰέναι ἐς τὴν ξυμμαχίαν, [i] καὶ μὴ μέλλειν. [k] οἱ δὲ ἐς τὸν ὕστερον ξύλλογον αὐτοῖς τὸν παρὰ σφίσι προεῖπον ἥκειν.

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. $33\frac{3}{4}$.

λα'. Ἦλθε δὲ καὶ Ἠλείων πρεσβεία εὐθὺς, καὶ [l] ἐποιήσαντο πρὸς Κορινθίους ξυμμαχίαν πρῶτον. ἔπειτα ἐκεῖθεν ἐς Ἄργος [m] ἐλθόντες, καθάπερ [n] προείρητο, Ἀργείων ξύμμαχοι ἐγένοντο. διαφερόμενοι γὰρ ἐτύγχανον τοῖς Λακεδαιμονίοις περὶ [o] Λεπρέου. πολέμου

[f] Ἐσιόντες *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. et hic τοὺς—σπονδ. [g] Πολλῶν *Reg.* [h] Ἀργείας *Cl. Reg.* Aug. Mosqu. et a prima manu *Cass.* sed ab emendatione Ἀργείων. Mox ποιήσειν Mosqu. [i] Scil. ἄνευ μελλήσεως. *Huds.* Μέλειν Mosqu. [k] Εἰ δὲ εἰς τὸ ὕστερον *Dan.* [l] Ἐποίησαν *Gr.* Ἐποιήσατο Aug. Mosqu. [m] Id est: οἱ τῶν Ἠλείων πρέσβεις. *Huds.* Πρὸς Ἄργ. Mosqu. [n] Vide p. 307. *Huds.* Προείρηται Mosqu. [o] Λεπρίου *Cl.* Vide Notas ad *Diog. Laërt.* pag. 101. *Huds.* Λεπρείου *Reg.*

iterum postea. Negabant igitur, se societatis initæ jusjurandum violaturos, quod fœdera cum Atheniensibus inire nollent. * Cum enim jurejurando interposito, cujus Dii testes fuissent, illis, *qui erant in Thracia,* fidem dedissent, *dicebant* se Deorum numina suo perjurio læsuros, si ipsos proderent. Nam *in fœderum conditionibus* dictum esse, nisi vel Deorum, vel heroum impedimentum intercederet. Hoc autem sibi divinum impedimentum videri. Atque de veteri quidem jurejurando hæc tantum responderunt. Quod autem ad societatem cum Argivis ineundam attineret, se cum amicis deliberaturos, et quicquid æquum esset, facturos. Et Lacedæmoniorum quidem legati domum redierunt. Corinthi vero præsentes erant et Argivorum legati, qui Corinthios ad societatem *secum* ineundam, et ad omnem cunctationem abjiciendam adhortabantur. Illi vero ipsis edixerunt, ut ad proximum concilium apud se, *Corinthi,* habendum venirent.

31. Confestim autem et Eleorum legatio venit, ac primum cum Corinthiis societatem fecit. Deinde illinc Argos profecti, quemadmodum edictum fuerat, societatem cum Argivis inierunt. † Forte enim *Elei* cum Lacedæmoniis de Lepreo con-

* Cum enim Deorum fidem juravissent illis in Thracia, perjuros se fore, si proderent etc. *Valla.* Huds.

† Infensi namque Elei Lacedæmoniis erant propter Lepreum etc. *Valla.* Idem.

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 3/4. U. C. Varr. 33 3/4.

γὰρ γενομένου ποτὲ πρὸς Ἀρκάδων τινὰς Λεπρεάταις, καὶ Ἠλείων παρακληθέντων ὑπὸ Λεπρεατῶν ἐς ξυμμαχίαν ἐπὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς γῆς, καὶ [p] λυσάντων τὸν πόλεμον, Ἠλεῖοι τὴν γῆν νεμομένοις αὐτοῖς [q] τοῖς [r] Λεπρεάταις [s] τάλαντον ἔταξαν [t] Διῒ τῷ Ὀλυμπίῳ ἀποφέρειν. καὶ μέχρι τοῦ Ἀττικοῦ πολέμου ἀπέφερον· ἔπειτα, παυσαμένων, διὰ πρόφασιν τοῦ πολέμου, οἱ Ἠλεῖοι ἐπηνάγκαζον· [u] οἱ δ᾽ ἐτράποντο πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. [x] καὶ δίκης Λακεδαιμονίοις ἐπιτραπείσης, ὑποτοπήσαντες οἱ Ἠλεῖοι μὴ ἴσον ἕξειν, ἀνέντες τὴν ἐπιτροπὴν, Λεπρεατῶν τὴν γῆν ἔτεμον. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι οὐδὲν ἧσσον ἐδίκασαν, αὐτονόμους εἶναι Λεπρεάτας, καὶ ἀδικεῖν Ἠλείους· καὶ, ὡς οὐκ ἐμμεινάντων τῇ ἐπιτροπῇ, φρουρὰν ὁπλιτῶν [y] ἐσέπεμψαν [z] ἐς Λέπρεον. οἱ δὲ Ἠλεῖοι, νομίζοντες, πόλιν σφῶν ἀφεστηκυῖαν δέξασθαι τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ τὴν ξυνθήκην προφέροντες, ἐν ᾗ εἴρητο, ἃ ἔχοντες [a] ἐς τὸν Ἀττικὸν πόλεμον καθίσταντό τινες, ταῦτα ἔχοντας καὶ ἐξελθεῖν, ὡς οὐκ ἴσον ἔχοντες, ἀφίστανται πρὸς τοὺς

[p] Καταλυσάντων *Marg. Cam.* [q] Τοῖς omittunt *Ar. C. Dan.* [r] Λεπρειάταις *Reg.* [s] Τάλαντα *Marg.* 1. *C. Ald. Flor. Bas.* Τάλαντα ν΄. *Marg.* 2. *Cam.* Apparet enim talentorum numerum deesse, quamvis ingens ille videatur, et fieri possit, ut corruptus sit. *Camerarius.* Τάλαντα *Dan.* [t] Τῷ Διῒ τῷ *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass. Dan.* Aug. [u] Οἱ δὲ ἐτράπ. *Gr.* Antea ἐπηνέγκ. Mosqu. [x] Καὶ τῆς δίκης etc. *Ar.* Mosqu. Καὶ τῆς δίκης τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιτραπείσης *C.* Ἐπιτραπήσης *Reg.* Sic quoque primum fuerat in *Gr.* [y] Ἔπεμψαν *Gr.* Antea ὁπλητῶν Mosqu. [z] Εἰς *Gr.* [a] Εἰς *Cass. Gr.* Aug.

tendebant. Nam cum Lepreatæ bellum quondam cum quibusdam Arcadibus gessissent, et Elei ad illius belli societatem a Lepreatis acciti fuissent, ea conditione, ut dimidiam partem agri obtinerent, finito bello, Elei ipsis Lepreatis *totum* agrum colentibus talentum imposuerunt, quod Olympio Jovi *quotannis* penderent. Et ad bellum usque Atticum persolverunt. Deinde cum *hoc persolvere* desiissent, causati bellum, Elei *illos* urgebant. Illi vero ad Lacedæmonios se converterunt. Cum autem hujus controversiæ cognitio Lacedæmoniis commissa fuisset, Elei suspicati, se suum jus non obtenturos, omisso arbitrio, Lepreatarum agrum vastarunt. Lacedæmonii vero multo magis Lepreatas liberos esse, et Eleos injuste facere pronunciarunt. Et quod *Elei* arbitrio stare noluissent, præsidium gravis armaturæ militum Lepreum miserunt. Elei vero existimantes urbem, quæ a se defecisset, Lacedæmonios recepisse, et pacis conditionem proferentes, in qua disertis verbis erat, ut singuli *sociorum*, quæ belli Attici initio possidebant, hæc retinerent, et *ab illo bello* discederent; ut iniquo arbitrio damnati, quod suum jus

Ἀργείους. καὶ τὴν ξυμμαχίαν, ὥσπερ [b] προείρητο, Bell.
[[c] καὶ] οὗτοι ἐποιήσαντο. ἐγένοντο δὲ [[d] καὶ] οἱ Κορίνθιοι Pelop. an. 11.
εὐθὺς μετ' ἐκείνους, καὶ οἱ ἐπὶ Θρᾴκης Χαλκιδεῖς, Olymp. 89. ¾.
Ἀργείων ξύμμαχοι. Βοιωτοὶ δὲ καὶ Μεγαρεῖς, τὸ U. C. Varr.
αὐτὸ λέγοντες, ἡσύχαζον, περιορώμενοι ὑπὸ τῶν Λακε- 333¾.
δαιμονίων, καὶ νομίζοντες, σφίσι τὴν Ἀργείων δημο-
κρατίαν [e] αὐτοῖς, ὀλιγαρχουμένοις, ἧσσον ξύμφορον
εἶναι τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας.

λβʹ. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου, Bell.
Σκιωναίους μὲν Ἀθηναῖοι ἐκπολιορκήσαντες, [f] ἀπέκτει- Pelop. an. 11.
ναν τοὺς ἡβῶντας, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδι- Olymp. 89. 3.
σαν· καὶ τὴν γῆν Πλαταιεῦσιν [g] ἔδοσαν νέμεσθαι. U. C. Varr.
Δηλίους δὲ κατήγαγον πάλιν ἐς Δῆλον, ἐνθυμούμενοι 333.
τάς τε ἐν ταῖς μάχαις ξυμφορὰς, [h] καὶ τοῦ ἐν Δελ- Post Apr. 16.
φοῖς θεοῦ χρήσαντος. καὶ [i] Φωκῆς καὶ Λοκροὶ ἤρξαντο
πολεμεῖν. καὶ Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι, ἤδη ξύμμαχοι
ὄντες, ἔρχονται ἐς Τέγεαν, [k] ἀποστήσοντες Λακεδαι-
μονίων, ὁρῶντες μέγα μέρος ὂν, καὶ, εἰ σφίσι προσγέ-
νοιτο, νομίζοντες ἅπασαν ἂν ἔχειν Πελοπόννησον. ὡς δὲ
οὐδὲν ἂν ἔφασαν ἐναντιωθῆναι οἱ Τεγεᾶται Λακεδαι-

[b] Προῄρητο *Reg.* [c] Καὶ omittunt *Ald. Bas.* [d] Καὶ deest *Gr. Ald. Flor. Bas.* [e] Αὐτοῖς non agnoscunt *Ar. C. Dan.* Antea Χαλκιδῆς Aug. et Μεγαρῆς. [f] Vid. *Diodor. Sic.* p. 124. *Ed. Rhod.* p. 325. *Ed. Steph. Huds.* [g] Ἔδωκαν *Marg. Dionys. Halic.* Tom. II. p. 143. *Wass.* [h] Καὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς κατάγειν θεοῦ χρήσαντος *Ar.* Κατάγειν Δηλίους θεοῦ χρ. [i] Φωκεῖς *Ar. C. Reg. Cass. Dan. Gr.* Mosqu. [k] Ἀποστήσοντες αὐτὴν Λακ. *Marg.* Mox Πελοπόννησ. Mosqu.

non obtinuissent, ad Argivos defecerunt, societatemque *cum illis*, sicut prædictum fuerat, hi quoque fecerunt. statim autem post illos et Corinthii, et Chalcidenses, qui sunt in Thracia, societatem cum Argivis inierunt. Bœoti vero, et Megarenses, quamvis idem *se facturos* dicerent, quod a Lacedæmoniis contemnerentur, tamen quiescebant, quod popularem Argivorum statum sibi, qui paucorum dominatu regerentur, minus, quam Lacedæmoniorum rempublicam putarent profuturum.

32. Per eadem hujus æstatis tempora Athenienses, cum Scionæos expugnassent, puberes interfecerunt, et pueros ac mulieres in servitutem redegerunt, agrumque Platæensibus colendum dederunt. Delios etiam rursus in Delum reduxerunt, reputantes et clades in prœliis *post eos pulsos* acceptas, et Dei, qui Delphis colebatur, oraculum, *quo jubebantur.* Et Phocenses et Locri bellum gerere cœperunt. Corinthii vero et Argivi, cum jam essent socii, Tegeam iverunt, ut eam a Lacedæmoniorum societate averterent, quod *eam* magnam *Peloponnesi* portionem esse cernerent, ac, si ea sibi accessisset, se totam Peloponnesum habituros sperarent. Sed cum Tegeatæ respondissent, se Lacedæmoniis non adver-

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 3. U. C. Varr. 333.

μονίοις, οἱ Κορίνθιοι, μέχρι τούτου προθύμως πράσσοντες, ἀνεῖσαν τῆς φιλονεικίας, καὶ ὠῤῥώδησαν, μὴ οὐδεὶς σφίσιν ἔτι τῶν ἄλλων [l] προσχωρῇ. ὅμως δὲ ἐλθόντες ἐς τοὺς Βοιωτοὺς, ἐδέοντο, σφῶν τε καὶ Ἀργείων γίγνεσθαι ξυμμάχους, [m] καὶ τἄλλα κοινῇ πράσσειν· τάς τε δεχημέρους ἐπισπονδὰς, αἳ ἦσαν Ἀθηναίοις καὶ Βοιωτοῖς πρὸς ἀλλήλους οὐ πολλῷ ὕστερον γενόμεναι τούτων [n] τῶν [o] πεντηκονταετίδων σπονδῶν, ἐκέλευον οἱ Κορίνθιοι τοὺς Βοιωτοὺς ἀκολουθήσαντες Ἀθήναζε, καὶ σφίσι ποιῆσαι, ὥσπερ Βοιωτοὶ εἶχον· μὴ δεχομένων δὲ Ἀθηναίων, ἀπειπεῖν τὴν ἐκεχειρίαν, καὶ [p] τολοιπὸν μὴ σπένδεσθαι ἄνευ αὐτῶν. Βοιωτοὶ δὲ, δεομένων τῶν Κορινθίων, περὶ μὲν τῆς [q] Ἀργείων ξυμμαχίας ἐπισχεῖν αὐτοὺς ἐκέλευον· ἐλθόντες δὲ Ἀθήναζε μετὰ Κορινθίων, οὐχ εὕροντο τὰς δεχημέρους σπονδάς· [r] ἀλλ' ἀπεκρίναντο οἱ Ἀθηναῖοι, Κορινθίοις εἶναι σπονδὰς, εἴπερ Λακεδαιμονίων εἰσὶ [s] ξύμμαχοι. Βοιωτοὶ μὲν οὖν οὐδὲν μᾶλλον ἀπεῖπον τὰς δεχημέρους, ἀξιούντων καὶ αἰτιωμένων Κορινθίων [t] ξυνθέσθαι σφίσι. Κορινθίοις δὲ ἀνακωχὴ ἄσπονδος ἦν πρὸς Ἀθηναίους.

[l] Προσχωρεῖ *Cass. Reg.* [m] Καὶ ἄλλα *C.* Paullo post τὰς δὲ δεχημέρους *Reg.* [n] Τῶν deest *Dan.* [o] Πενταετίδων *Gr.* [p] Τὸ λοιπὸν *Ar. C. Cass. Gr.* Aug. et ita semper. Antea ἀνειπεῖν Mosqu. [q] Ἀργείας *Marg.* [r] Ἀλλὰ *Gr.* Mox Κορινθίους Basil. [s] Σύμμαχοι *Gr.* [t] Ξυνθέσιας *Dan.*

saturos, Corinthii qui hactenus in eam rem acerrime incubuerant, de contentione remiserunt, et veriti sunt, ne nullus ex aliis ad se posthac accederet. Veruntamen ad Bœotos profecti, *eos* orarunt, ut secum et cum Argivis societatem inirent, cæteraque communiter administrarent. Ad hæc, illas decem dierum inducias, quæ non multo post ista quinquaginta annorum fœdera inter Athenienses et Bœotos mutuo factæ fuerant, Corinthii suadebant Bœotis, ut se Athenas sequuti, sibi quoque impetrarent eodem modo factas, quo Bœoti *eas* habebant. Quod si Athenienses *has sibi quoque concedere* recusarent, inducias *ipsis* renunciarent, et in posterum *cum ipsis* absque se nullum fœdus facerent. Bœoti vero, rogantibus Corinthiis, quod ad societatem quidem Argivorum attineret, eos supersedere jusserunt. Athenas vero cum Corinthiis profecti, decem dierum inducias *ab Atheniensibus* non impetrarunt. Sed Athenienses responderunt, Corinthiis esse fœdera, si modo Lacedæmoniorum erant socii. Bœoti vero non magis propterea decem dierum induciis renunciare voluerunt, quamvis Corinthii hoc flagitarent, et cum expostulatione dicerent, ita inter se convenisse. Corinthiis autem induciæ sine fœdere cum Atheniensibus exstiterunt.

λγ'. Λακεδαιμόνιοι δὲ τοῦ αὐτοῦ θέρους πανδημεὶ ἐστράτευσαν, Πλειστοάνακτος τοῦ Πausανίου Λακεδαιμονίων βασιλέως ἡγουμένου, τῆς Ἀρκαδίας [u] ἐς Παῤῥασίους, [x] Μαντινέων ὑπηκόους ὄντας, κατὰ στάσιν ἐπικαλεσαμένων σφᾶς, ἅμα δὲ [y] καὶ τὸ ἐν Κυψέλοις τεῖχος [z] ἀναιρήσοντες, ἢν δύνωνται, ὃ ἐτείχισαν [a] Μαντινῆς, καὶ αὐτοὶ ἐφρούρουν, ἐν τῇ Παῤῥασικῇ κείμενον, ἐπὶ τῇ [b] Σκιρίτιδι τῆς Λακωνικῆς. καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι τὴν γῆν [c] τῶν Παῤῥασίων ἐδῄουν· οἱ δὲ [d] Μαντινῆς, τὴν πόλιν Ἀργείοις φύλαξι παραδόντες, αὐτοὶ τὴν ξυμμαχίαν ἐφρούρουν. ἀδύνατοι [e] δ' ὄντες διασῶσαι τό, τε ἐν Κυψέλοις τεῖχος καὶ τὰς ἐν Παῤῥασίοις πόλεις, ἀπῆλθον. Λακεδαιμόνιοι δὲ, τούς τε Παῤῥασίους αὐτονόμους ποιήσαντες, καὶ τὸ τεῖχος καθελόντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 3. U. C. Varr. 333. Maio exeunte.

λδ'. Καὶ τοῦ αὐτοῦ θέρους, ἤδη ἡκόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ Θρᾴκης μετὰ Βρασίδου ἐξελθόντων στρατιωτῶν, οὓς ὁ Κλεαρίδας μετὰ τὰς σπονδὰς ἐκόμισεν, οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐψηφίσαντο, τοὺς μὲν μετὰ Βρασίδου Εἵλωτας μαχεσαμένους ἐλευθέρους εἶναι, καὶ οἰκεῖν,

[u] Ἐπὶ *Ar. C. Dan.* Ἀρκαδίους ἐς Σπαρασίους *Reg.* [x] Μαντιναίων *Reg.* [y] Καὶ omittunt *Ar. C. Dan.* Mox Κυψέλλοις Mosqu. et sic infra. [z] Καθαιρήσοντες *Marg.* [a] Μαντινεῖς *Ar. C. Cass. Gr. Reg. Dan.* Mosqu. [b] Hujus etiam meminit *Diodorus Sic.* lib. 15. p. 376. *Ed. Rhod.* p. 494. *Ed. Steph.* Σκυρίτιδι *Ar. C. Dan.* [c] Τῶν deest *Dan.* Mosqu. [d] Μαντινεῖς *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Ita Μεγαρεῖς p. 310. librorum omnium consensu. *Huds.* Μαντινεῖς *Reg. Cass. Dan. Gr.* [e] Δὲ ὄντες *Gr.* Mox C. 34. οἱ μὲν Λακεδ. Mosqu.

33. Eadem æstate Lacedæmonii cum frequentibus copiis, quas ex omni totius populi ordine collegerant, duce Plistoanacte Pausaniæ filio, Lacedæmoniorum rege, expeditionem susceperunt adversus Parrhasios, qui sunt in Arcadia, et qui Mantineorum imperio parent, ab ipsis seditione laborantibus acciti, simul etiam eversuri, si possent, munitionem, quam Mantinei in Cypselis exstruxerant, et in agro Parrhasio sitam ipsi suo præsidio tenebant, prope Sciritidem, quæ est agri Laconici. Et Lacedæmonii quidem agrum Parrhasium vastabant: Mantinei vero, urbis custodia Argivis tradita, ipsi socios suo præsidio tutabantur. Cum autem et munitionem in Cypselis exstructam, et urbes in agro Parrhasio sitas conservare non possent, abierunt. Lacedæmonii vero, cum Parrhasios in libertatem asseruissent, et munitionem illam evertissent, domum redierunt.

34. Eadem æstate Lacedæmonii, cum ad ipsos jam ex Thracia rediissent milites, qui cum Brasida *illuc* profecti fuerant, quos post inita fœdera Clearidas reduxerat, decreverunt, servos quidem, qui cum Brasida prœlio interfuerant, liberos esse,

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 3. U. C. Varr. 333.

ὅπου ἂν βούλωνται. καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ αὐτοὺς μετὰ τῶν [f] Νεοδαμώδων ἐς Λέπρεον κατέστησαν, κείμενον ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Ἠλείας, ὄντες ἤδη διάφοροι Ἠλείοις. τὺς [g] δ' ἐκ τῆς νήσου ληφθέντας σφῶν, καὶ τὰ ὅπλα παραδόντας, δείσαντες, μή τι, διὰ τὴν ξυμφορὰν νομίσαντες ἐλασσωθήσεσθαι, καὶ ὄντες, ἐπίτιμοι, νεωτερίσωσιν, ἤδη καὶ ἀρχάς τινας ἔχοντας, ἀτίμους ἐποίησαν· ἀτιμίαν δὲ τοιάνδε, ὥστε μήτε ἄρχειν, μήτε πριαμένους τὶ, ἢ πωλοῦντας, κυρίους εἶναι. [h] ὕστερον δὲ αὖθις [i] χρόνῳ ἐπίτιμοι ἐγένοντο.

λε'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους καὶ [k] Θύσσον τὴν [l] ἐν τῇ Ἄθῳ [m] Δικτιδιῆς εἷλον, Ἀθηναίων οὖσαν ξύμμαχον. καὶ τὸ θέρος τοῦτο πᾶν ἐπιμιξίαι μὲν ἦσαν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις· ὑπώπτευον δὲ ἀλλήλους εὐθὺς μετὰ τὰς σπονδὰς οἵ τε Ἀθηναῖοι [n] καὶ Λακεδαιμόνιοι, κατὰ τὴν [o] τῶν χωρίων ἀλλήλοις οὐκ [p] ἀπόδοσιν. τὴν γὰρ Ἀμφίπολιν, πρότεροι λαχόντες οἱ Λα-

[f] Νεοδαμωδῶν *Ar. C. Cl. Gr.* Aug. Νεοδαμώδης quasi *νεὸς δαμώδης, novus popularis*, recens populo adscriptus. Etenim cives, qui vectigal persolvebant, Lacedæmoniis Δαμώδεις appellabantur, ut ex *Hesychio* constat. Neodamodes fuisse Helotas (contra quam censet *Cragius* de Repub. Laced. l. 1. c. 12.) clare ostendit *Meursius* in Miscell. Lacon. l. 2. c. 7. cui adde *Diodor. Sic.* l. 12. p. 124. *Ed. Rhod.* p. 325. *Ed. Steph. Huds.* Νεοδαμωδῶν *Reg. Cass.* [g] Δὲ ἐκ *Ar. C. Reg. Cass.* Aug. Τοὺς δὲ νήσου *Gr.* Δὲ ἐν τῇ νήσῳ Mosqu. et ante Ἠλίοις. [h] Vide *Diodorum Sic.* loco supra citato. *Huds.* [i] Χρόνῳ omittit *Gr.* [k] Θᾶσσαν *Ar.* et *Gr.* ex emendatione. Θύσον Mosqu. [l] Ἐν τῷ Ἄθῳ *Ar. C. Dan.* Mosqu. [m] Δικτιδιῆς deest *Ar. C.* margini tamen *Cod. Ar.* ab aliena manu adscribitur. *Huds.* Abest etiam a *Dan.* Δικτηδιῆς *Reg. Cass. Gr.* Aug. Δικτιδιεῖς Mosqu. [n] Καὶ οἱ Λακ. *Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. [o] Τῶν deest *Dan.* [p] Ἀποδίδοσιν *Dan.*

et habitare ubicunque vellent. Nec multo post ipsos cum iis, quos recenter in civium jus adsciverant, in Lepreo collocarunt, quod in Laconico, ac Eleo agro, *in ipsis utriusque confiniis* situm erat, cum jam Eleorum hostes essent. Suos vero *cives*, qui in insula *Sphacteria* capti fuerant, et qui arma *hosti* tradiderant, veriti, ne aliquid rerum novarum molirentur, existimantes, se propter cladem acceptam deteriore conditione futuros, quamvis integra fama et existimatione forent, quamvis etiam nonnulli magistratus jam gererent, ignominia notarunt. Hac autem ignominia notarunt, ut nullum magistratum gererent, utque nullam haberent potestatem earum rerum, quas aut emissent, aut vendidissent. Postea tamen in integrum restituti fuerunt.

35. Eadem æstate Dictidienses Thysson *in monte* Atho sitam, Atheniensium sociam, ceperunt. Atque hac tota æstate inter Athenienses et Peloponnesios commercium fuit. Sed statim post inita fœdera Athenienses et Lacedæmonii inter se suspecti esse cœperunt, quod neutri loca alteris restituissent. Nam Lacedæmonii, quibus sortito obtigerat, ut

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U. C. Varr. 333.

κεδαιμόνιοι ἀποδιδόναι, [q] καὶ [r] τὰ ἄλλα, οὐκ ἀποδεδώκεσαν· οὐδὲ τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης παρεῖχον ξυμμάχους τὰς σπονδὰς δεχομένους, οὐδὲ Βοιωτοὺς, οὐδὲ Κορινθίους, λέγοντες ἀεὶ, ὡς μετ' Ἀθηναίων τούτους, ἢν μὴ θέλωσι, κοινῇ [s] ἀναγκάσωσι. χρόνους τε προὔθεντο ἄνευ ξυγγραφῆς, ἐν οἷς [t] χρῆν τοὺς μὴ ἐσιόντας, ἀμφοτέροις πολεμίους εἶναι. τούτων οὖν ὁρῶντες οἱ Ἀθηναῖοι οὐδὲν [u] ἔργῳ γιγνόμενον, [x] ὑπώπτευον τοὺς Λακεδαιμονίους μηδὲν δίκαιον διανοεῖσθαι. ὥστε οὔτε Πύλον ἀπαιτούντων [y] αὐτῶν ἀπεδίδοσαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ τῆς νήσου δεσμώτας μετεμέλοντο ἀποδεδωκότες· τά τε ἄλλα χωρία εἶχον, μένοντες, ἕως σφίσι κἀκεῖνοι ποιήσειαν τὰ εἰρημένα. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὰ μὲν δυνατὰ ἔφασαν πεποιηκέναι· τοὺς γὰρ παρὰ σφίσι δεσμώτας ὄντας Ἀθηναίων ἀποδοῦναι, καὶ τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης στρατιώτας ἀπαγαγεῖν, καὶ εἴτου ἄλλου ἐγκρατεῖς ἦσαν· Ἀμφιπόλεως δὲ οὐκ ἔφασαν κρατεῖν, ὥστε παραδοῦναι. Βοιωτοὺς δὲ πειράσεσθαι καὶ Κορινθίους ἐς τὰς σπονδὰς [z] ἐσαγαγεῖν, καὶ Πάνακτον [a] ἀπολαβεῖν, καὶ Ἀθηναίων ὅσοι ἦσαν ἐν Βοιωτοῖς αἰχμάλωτοι, κομιεῖν. Πύλον μέντοι ἠξίουν σφίσιν ἀποδοῦναι.

[q] Καὶ omittunt *Ar. C.* [r] Τἄλλα *Gr.* [s] Ἀναγκάσουσι, et mox χρόνους δὲ *Gr.* [t] Χρῆν καὶ τοὺς *Reg.* [u] Ἔργον *Gr.* [x] Ὑπεπώπτευον *Ar. C.* Ὑπετόπευον *Marg.* Sic etiam *Reg. Cass.* Aug. [y] Αὐτῶν omittunt *Ar. C. Dan.* Mox μένοντας Mosqu. [z] Εἰσαγαγεῖν *Reg. Cass.* Aug. et Πανακτὸν *Reg.* [a] Scil. ἀπὸ τῶν Βοιωτῶν, qui Panactum Atheniensium castellum per proditionem ceperant. p. 292. *Huds.*

priores redderent, nec Amphipolin, nec cætera reddiderant; nec socios, qui erant in Thracia, ad fœdera recipienda adegerant, ac ne Bœotos quidem, neque Corinthios, quamvis perpetuo dicerent, se, nisi *fœdera recipere* vellent, una cum Atheniensibus eos coacturos: tempusque sine syngrapha præstituerant, intra quod, qui fœdera *secum* non iniissent, utrisque hostes esse *pronunciarant*. Cum igitur Athenienses nihil horum *ab illis* re ipsa præstari viderent, Lacedæmonios nihil æqui animo agitare suspicabantur. Quamobrem ipsis Pylum repetentibus reddere noluerunt, quinetiam eos pœnitebat, quod captivos ex insula reddidissent. Cæteraque *Lacedæmoniorum* loca retinebant, exspectantes donec et illi præstarent, quæ promiserant. Lacedæmonii vero dicebant, se præstitisse, quæ poterant. Se enim Atheniensibus reddidisse omnes, quos ex ipsis apud se in vinculis habebant, et milites, qui erant in Thracia, abduxisse, et si quid aliud in sua potestate habebant. Sed Amphipolin in sua potestate non esse dicebant, ita ut traderent. Operam vero daturos, ut et Bœotos et Corinthios in fœdera adducerent, utque Panactum reciperent, et ut Athenienses, quotquot apud Bœotos erant captivi, recuperarent. Postulabant au-

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U. C. Varr. 333.

εἰ δὲ μὴ, [b] Μεσσηνίους τε καὶ τοὺς Εἵλωτας ἐξαγαγεῖν, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἀπὸ Θρᾴκης· Ἀθηναίους δὲ φρουρεῖν τὸ χωρίον [c] αὐτοὺς, εἰ [d] βούλονται. πολλάκις δὲ καὶ πολλῶν λόγων γενομένων ἐν τῷ θέρει τούτῳ, ἔπεισαν τοὺς Ἀθηναίους, ὥστε ἐξαγαγεῖν ἐκ Πύλου Μεσσηνίους, καὶ τοὺς ἄλλους Εἵλωτάς τε, καὶ [e] ὅσοι ηὐτομολήκεσαν ἐκ τῆς Λακωνικῆς· καὶ κατῴκισαν αὐτοὺς ἐν [f] Κρανίοις τῆς [g] Κεφαλληνίας. τὸ μὲν οὖν θέρος τοῦτο ἡσυχία ἦν καὶ ἔφοδοι [h] παρ' ἀλλήλους.

Post Oct. 12.

λϛʹ. [i] Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος (ἔτυχον γὰρ [k] Ἔφοροι ἕτεροι, καὶ οὐκ ἐφ' ὧν αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο, ἄρχοντες ἤδη, [l] καί τινες αὐτῶν καὶ [m] ἐναντίοι σπονδαῖς·) [n] ἐλθουσῶν πρεσβειῶν ἀπὸ τῆς ξυμμαχίδος, καὶ παρόντων Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων, καὶ πολλὰ [o] ἐν ἀλλήλοις εἰπόντων, καὶ οὐδὲν ξυμβάντων, ὡς ἀπῇεσαν ἐπ' οἴκου, τοῖς Βοιωτοῖς καὶ Κορινθίοις Κλεόβουλος καὶ [p] Ξενάρης, οὗτοι, οἵπερ τῶν Ἐφόρων ἐβού-

[b] Μεσηνίους *Ar. C.* itidemque paullo infra. *Gr.* Mosqu. [c] Αὐτοῖς *Marg. Reg. Cass.* Aug. [d] Βούλωνται et deinde a correctore βούλονται *Gr.* [e] Ὅσους *Gr.* Ηὐτομόλησαν Mosqu. [f] Καρανίοις *Ar. C.* procul dubio mendose. Vide l. 1. p. 101. *Huds.* Καρανίοις etiam *Dan.* [g] Κεφαληνίας *Ar.* Mosqu. [h] Παρὰ *Gr.* Παρ' ἀλλήλοις *Cass.* [i] Τοῦ δὲ γιγνομένου *Ar.* Τοῦ δὲ ἐπιγιγν. *Reg.* [k] Ἕτεροι Ἔφοροι *Reg.* Antea γὰρ d. Mosqu. [l] Καί τινες καὶ αὐτῶν *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. [m] Ἐναντίοι ταῖς σπονδαῖς *Ar. C. Cl. Dan.* et a recentiore manu inter versus *Reg.* Ἐναντίοις Aug. sed suprascr. οι. [n] Ἐλθόντων πρέσβεων *Gr.* Ἐλθουσῶν in *marg. Huds.* In *Gr.* est ἐλθουσῶν. fuerat etiam in eo πρεσβεῶν, deinde circumflexus deletus, et accentus in prima syllaba scriptus erat. nec quidquam ibi in *marg.* legitur. *Duck.* Πρέσβεων *Reg.* Aug., et a manu prima *Cass.* e quo recens manus fecerat πρεσβειῶν. Ἐλθόντων Mosqu. [o] Ἐν omittit *Gr.* Καὶ ante Βοιωτ. d. Mosqu. [p] Ξεναρίδης *Reg.* Ξενάρας Mosqu. et mox διαλῦσαι.

tem, ut Pylum sibi restituerent: sin minus, Messenios et servitia educerent, quemadmodum et ipsi ex Thracia *suos abduxerant:* utque locum illum Athenienses ipsi, si vellent, custodirent. Sæpe autem multisque sermonibus per hanc æstatem habitis, *tandem* Atheniensibus persuaserunt, ut e Pylo educerent Messenios, cæterosque servos, et quotquot ex agro Laconico *ad ipsos* transfugerant. Ipsosque in Craniis Cephalleniæ *insulæ urbe* collocarunt. Hac igitur æstate a bello cessatum est, et ultro citroque ad utrosque commeatum.

36. In sequenti hyeme (jam enim alii Ephori magistratum gerebant; nec erant ii, quibus magistratum gerentibus fœdera percussa fuerant; quinetiam horum nonnulli fœderibus erant adversarii) cum legati ex sociorum agro *Lacedæmonem* venissent, et Athenienses et Bœoti et Corinthii præsentes adessent, et ultro citroque multa verba facta fuissent, nec quicquam inter eos conveniret, postquam *Athenienses* domum redierunt, Cleobulus et Xenares (illi, qui ex Ephoris fœdera frangere potissimum volebant) cum Bœotis et Co-

λοιντο μάλιστα διαλῦσαι τὰς σπονδὰς, λόγους ποιῦνται [q] ἰδίους, παραινοῦντες [r] ὅτιμάλιστα [s] ταῦτά τε γιγνώσκειν, καὶ πειρᾶσθαι Βοιωτοὺς, [t] Ἀργείων γενομένους πρῶτον αὐτοὺς ξυμμάχους, αὖθις μετὰ Βοιωτῶν, Ἀργείους Λακεδαιμονίοις ποιῆσαι ξυμμάχους· οὕτω γὰρ ἥκιστα ἀναγκασθῆναι Βοιωτοὺς ἐς τὰς Ἀττικὰς σπονδὰς ἐσελθεῖν· ἑλέσθαι γὰρ Λακεδαιμονίους, πρὸ τῆς Ἀθηναίων ἔχθρας, καὶ διαλύσεως τῶν σπονδῶν, Ἀργείους σφίσι φίλους καὶ ξυμμάχους γενέσθαι. τὸ γὰρ Ἄργος ἀεὶ [u] ἠπίσταντο ἐπιθυμοῦντας τοὺς Λακεδαιμονίους καλῶς σφίσι [x] φίλιον γενέσθαι, ἡγούμενοι τὸν ἔξω Πελοποννήσου πόλεμον ῥᾴω ἂν εἶναι. τὸ [y] μέντοι Πάνακτον, ἐδέοντο Βοιωτοὺς, ὅπως [z] παραδώσουσι Λακεδαιμονίοις· ἵνα, ἀντ᾽ αὐτοῦ Πύλον, ἢν δύνωνται, ἀπολαβόντες, ῥᾷον [a] καθιστῶνται Ἀθηναίοις ἐς πόλεμον.

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U. C. Varr. 333.

λζ. Καὶ οἱ μὲν Βοιωτοὶ καὶ [b] οἱ Κορίνθιοι, ταῦτα ἐπεσταλμένοι ἀπό τε τοῦ Ξενάρους καὶ Κλεοβούλου, καὶ ὅσοι φίλοι ἦσαν αὐτοῖς τῶν Λακεδαιμονίων, ὥστε ἀπαγγεῖλαι ἐπὶ τὰ κοινὰ, ἑκάτεροι ἀνεχώρουν. Ἀρ-

[q] Ἰδίᾳ *Ar. C. Dan.* [r] Ὅτι μάλιστα *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Cass.* [s] Ταῦτα γιγνώσκειν *Ar. C. Dan.* [t] Ἀργείων in textu, supra Ἀργείους *Gr.* [u] Scil. ὁ Κλεόβουλος καὶ Ξενάρης. ad hoc etiam sequens ἡγούμενοι referri debet. *Æ. Portus.* [x] Φίλον *Dan.* [y] Μέντι *Reg.* [z] Παραδώσουσι *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Atque ita, vel παραδῶσι, legendum esse monuit *Æ. Port.* Παραδώσουσι *Cass. Gr.* Παραδώσωσι Aug. sed suprascr. ου, a m. 2. Παραδώσωσι Mosqu. et mox ἀποβάντες p. ἀπολαβ. [a] Καθιστῶντες *Dan.* [b] Οἱ omittunt *Ar. C. Gr.* Aug. Mosqu. *Reg. Dan.* Mox τοῦ Κλεοβ. Mosqu.

rinthiis privatim sermones habuerunt, admonentes, ut harum rerum statum accuratissime cognitum perpenderent, operamque darent, ut Bœoti, ubi prius ipsi societatem cum Argivis iniissent, postea cum Bœotis Argivos Lacedæmoniis socios adjungerent. Sic enim Bœotos fœdus cum Atheniensibus inire minime coactum iri *putabant*. Lacedæmonios enim Atheniensium inimicitiis ac fœderum cum ipsis initorum violationi, amicitiam et societatem Argivorum antepondituros. Habebant enim exploratum, Lacedæmonios perpetuo cupere, civitatem Argivorum opportune sibi amicam esse, quod bellum extra Peloponnesum levius *sibi* fore ducerent, *si Argivos constantes amicos haberent.* Bœotos vero rogabant, ut Panactum Lacedæmoniis traderent, ut pro hoc recepta, si possent, Pylo, ad bellum adversus Athenienses commodius descenderent.

37. Atque Bœoti et Corinthii cum his mandatis, quæ acceperant a Xenare et Cleobulo, et *ab aliis* quotquot ex Lacedæmoniis erant ipsis amici, ut ad suas respublicas referrent, utrique abierunt. Quos abeuntes duo e summo Argivorum ma-

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U. C. Varr. 333.

γείων δὲ δύο ἄνδρες τῆς ἀρχῆς τῆς μεγίστης, ἐπετήρουν [c] ἀπιόντας αὐτοὺς καθ' ὁδόν· καὶ ξυγγενόμενοι ἐς λόγους ἦλθον, εἴπως οἱ Βοιωτοὶ σφίσι ξύμμαχοι γένοιντο, ὥσπερ Κορίνθιοι καὶ Ἠλεῖοι καὶ [d] Μαντινῆς. νομίζειν γὰρ ἂν, τούτου [e] προχωρήσαντος, [f] ῥᾳδίως ἤδη καὶ πολεμεῖν καὶ σπένδεσθαι, καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους, εἰ [g] βούλοιντο, κοινῷ λόγῳ χρωμένους, καὶ εἴ τινα πρὸς ἄλλον δέοι. τοῖς δὲ τῶν Βοιωτῶν πρέσβεσιν ἀκούουσιν ἤρεσκε. κατὰ τύχην γὰρ ἐδέοντο τούτων, ὧνπερ καὶ οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος [h] αὐτοῖς φίλοι ἐπεστάλκεσαν. καὶ οἱ τῶν Ἀργείων ἄνδρες, ὡς ᾔσθοντο αὐτοὺς δεχομένους τὸν λόγον, εἰπόντες, ὅτι πρέσβεις πέμψουσιν ἐς Βοιωτοὺς, ἀπῆλθον. ἀφικόμενοι δὲ οἱ Βοιωτοὶ ἀπήγγειλαν τοῖς Βοιωτάρχαις τά τε ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ξυγγενομένων Ἀργείων. καὶ [i] οἱ Βοιωτάρχαι ἠρέσκοντό τε καὶ πολλῷ προθυμότεροι ἦσαν, ὅτι ἀμφοτέρωθεν ξυνεβεβήκει αὐτοῖς, τούς τε φίλους τῶν Λακεδαιμονίων τῶν αὐτῶν δεῖσθαι, καὶ τοὺς Ἀργείους ἐς τὰ ὅμοια σπεύδειν. καὶ οὐ πολλῷ ὕστε-

[c] Ἀ ἐπίοντας *Dan.* Ἐπιόντας Mosqu. [d] Μαντινεῖς *Ar. C. Reg. Cass. Dan.* Mosqu. [e] Χωρήσαντος *Ar. C. Dan.* [f] Id est: *ῥᾴδιον ἤδη ἔσεσθαι σφίσιν αὐτοῖς ξύμπασι κοινὴν ξυμμαχίαν ποιήσασιν ἐν ἀλλήλοις, πολεμεῖν, καὶ σπένδεσθαι, καὶ π. Λ. εἰ β. καὶ εἴτινα π. ἄ. δ. κοινῷ λόγῳ περὶ τούτων φανερῶς χρωμένοις. Æ. Port.* [g] Βούλονται *Ar.* [h] Scil. τοῖς τῶν Βοιωτῶν πρέσβεσι καὶ τοῖς Κορινθίοις. *Æ. Port.* Τῶν d. Mosqu. ante Βοιωτ. et *ἀκούσασιν* p. *ἀκούουσ.* et ὥσπερ p. ὧνπερ. [i] Οἱ deest *Ar. C.*

gistratu viri in ipso itinere observaverunt: congressique cum eis in colloquium venerunt, si quo pacto Bœoti societatem secum inire possent, quemadmodum Corinthii et Elei et Mantinei. * Se enim existimare *dicebant*, si res ista *sibi feliciter* successisset, facile jam sibi fore et bellum gerere, et pacem facere et cum Lacedæmoniis, si vellent, et cum quibuscunque aliis opus esset, palam et publice hac de re agentibus. Hæc Bœotorum legatis audita placuerunt. Nam forte accidit, ut ea peterent, quæ vel ipsi amici, qui Lacedæmone erant, ipsis mandarant. Cum autem illi *duo* Argivi suum sermonem ab ipsis admissum animadvertissent, et dixissent, se legatos in Bœotiam missuros, abierunt. Bœoti vero *domum* reversi, ad Bœotarchas detulerunt cum ea, quæ Lacedæmone, tum ea, quæ ex Argivis in congressu audissent. Bœotarchæ vero id acceptum habuerunt, et multo promtiores fuerunt, quod ipsis utrinque contigisset, ut et illi ex Lacedæmoniis, quos sibi amicos habebant, eadem peterent, et Argivi ad eadem properarent. Nec multo post Argi-

* Hoc enim si fieret, jam utrumque, seu bellum seu pax placeret, suæ potestatis futurum, unoque animo, sive adversus Lacedæmonios, seu quem alium opus esset, rem gesturos. *Acacius.* Hudս.

ῥον πρέσβεις παρῆσαν Ἀργείων, τὰ εἰρημένα [k] προκαλούμενοι. καὶ αὐτοὺς ἀπέπεμψαν ἐπαινέσαντες τοὺς λόγους οἱ Βοιωτάρχαι, καὶ πρέσβεις ὑποσχόμενοι ἀποστελεῖν περὶ τῆς ξυμμαχίας ἐς Ἄργος.

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U.C. Varr. 333.

λη΄. Ἐν δὲ τούτῳ ἐδόκει πρῶτον τοῖς Βοιωτάρχαις, καὶ Κορινθίοις, καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ τοῖς ἀπὸ Θρᾴκης πρέσβεσιν, ὀμόσαι ὅρκους ἀλλήλοις, ἦ μὴν ἔν τε τῷ παρατυχόντι ἀμύνειν τῷ δεομένῳ, καὶ μὴ πολεμήσειν τῳ, [l] μηδὲ ξυμβήσεσθαι ἄνευ κοινῆς γνώμης· καὶ οὕτως ἤδη τοὺς Βοιωτοὺς καὶ Μεγαρέας (τὸ γὰρ αὐτὸ ἐποίουν,) πρὸς τοὺς Ἀργείους σπένδεσθαι. πρὶν δὲ τοὺς ὅρκους γενέσθαι, οἱ Βοιωτάρχαι ἐκοίνωσαν ταῖς τέσσαρσι βουλαῖς τῶν Βοιωτῶν ταῦτα, αἵπερ ἅπαν τὸ κῦρος ἔχουσι, καὶ παρῄνουν γενέσθαι ὅρκους ταῖς πόλεσιν, ὅσαι βούλονται ἐπ' [m] ὠφελείᾳ σφίσι ξυνομνῦναι. οἱ δ' ἐν ταῖς βουλαῖς τῶν Βοιωτῶν ὄντες οὐ [n] προσδέχονται τὸν λόγον, δεδιότες, μὴ ἐναντία Λακεδαιμονίοις [o] ποιήσωσι, τοῖς ἐκείνων ἀφεστῶσι Κορινθίοις ξυνομνύντες. οὐ γὰρ εἶπον αὐτοῖς οἱ Βοιωτάρχαι τὰ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, ὅτι τῶν τε Ἐφόρων Κλεόβουλος καὶ Ξενάρης καὶ οἱ φίλοι παραινοῦσιν, Ἀργείων πρῶτον καὶ Κορινθίων

[k] Παρακινοῦντες *Marg. Schol.* Mox πρ. ἀποστελλεῖν Mosqu. eid. d. ἐς ante Ἄργος. [l] Μὴ δὲ *Cass. Aug.* [m] Ὠφελίᾳ *Gr.* [n] Προσεδέχοντο *Ar. C.* Προσδέχοντο Mosqu. id. antea κύρος, et ξυνομνύναι. [o] Ποιήσουσι *Gr.*

vorum legati venerunt, ut eos sollicitarent ad transigenda ea, quæ promiserant. Bœotarchæ vero, probatis ipsorum postulatis, ipsos remiserunt, polliciti, se legationem Argos de societate missuros.

38. Interea vero Bœotarchis, et Corinthiis, et Megarensibus, et legatis ex Thracia *missis* primum placuit, ut jurejurando interposito fidem sibi mutuo darent, ea conditione, ut, quotiescunque res hoc flagitaret, opem ei ferrent, qui ope indigeret, et cum nullo bellum gererent, aut compositionem facerent, nisi de communi sententia. Et ita Bœotos et Megarenses (idem enim faciebant) cum Argivis jam fœdus facere *dicebant*. Verum antequam jusjurandum juraretur, Bœotarchæ rem communicarunt cum quatuor Bœotorum conciliis, quæ summam rerum Bœotiarum potestatem habent: et suadebant, ut, jurejurando interposito, fœdus auxilii mutui gratia cum illis civitatibus iniretur, quæcunque secum fœdus adhibito jurejurando facere vellent. At Bœoti, qui in illis consiliis erant, *eorum* consilium non probarunt, veriti, ne Lacedæmoniis adversarentur, si cum Corinthiis, qui *ab illis* defecerant, interposito jurejurando fœdus facerent. Neque enim Bœotarchæ ipsis declaraverant ea, quæ Lacedæmone Cleobulus et Xenares Ephori, et *alii* amici suaserant, ut prius cum Argivis et Corinthiis societatem inirent, deinde cum La-

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U. C. Varr. 333. γενομένους [p] ξυμμάχους, ὕστερον μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων γίγνεσθαι· οἰόμενοι, τὴν βουλὴν, κἂν μὴ εἴπωσιν, οὐκ ἄλλα ψηφιεῖσθαι, ἢ ἃ σφίσι προδιαγνόντες παραινοῦσιν. ὡς δὲ ἀντέστη τὸ πρᾶγμα, οἱ μὲν Κορίνθιοι καὶ οἱ ἀπὸ Θρᾴκης πρέσβεις ἄπρακτοι ἀπῆλθον· οἱ δὲ Βοιωτάρχαι, μέλλοντες πρότερον, εἰ ταῦτα ἔπεισαν, καὶ τὴν ξυμμαχίαν πειράσεσθαι πρὸς Ἀργείους ποιεῖν, οὐκέτι ἐσήνεγκαν περὶ Ἀργείων ἐς τὰς βουλὰς, οὐδὲ ἐς τὸ Ἄργος τοὺς πρέσβεις, οὓς ὑπέσχοντο, ἔπεμπον· ἀμέλεια δέ τις ἐνῆν καὶ διατριβὴ τῶν πάντων.

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U. C. Varr. 334. λθ'. Καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι [q] τούτῳ Μηκύβερναν Ὀλύνθιοι, Ἀθηναίων φρουρούντων, ἐπιδραμόντες εἷλον. μετὰ δὲ ταῦτα (ἐγίγνοντο γὰρ ἀεὶ λόγοι τοῖς τε Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις περὶ ὧν [r] εἶχον ἀλλήλων) ἐλπίζοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, εἰ Πάνακτον Ἀθηναῖοι παρὰ Βοιωτῶν ἀπολάβοιεν, [s] κομίσασθαι ἂν [t] αὐτοὶ Πύλον, ἦλθον ἐς τοὺς Βοιωτοὺς [u] πρεσβευόμενοι, καὶ ἐδέοντο σφίσι Πάνακτόν τε καὶ τοὺς [x] Ἀθηναίων δεσμώτας παραδοῦναι, [y] ἵνα ἀντ' αὐτῶν Πύλον κομίσωνται. οἱ δὲ Βοιωτοὶ οὐκ ἔφασαν ἀποδώσειν, ἢν μὴ σφίσι ξυμμαχίαν [z] ἰδίαν ποιήσωνται, ὥσπερ Ἀθηναίοις.

[p] Ὕστερον ξυμμάχους *Reg.* Paullo post πειράσασθαι Mosqu. Οὐκ ἔτι Aug. [q] Τούτῳ deest *Reg.* [r] Εἶλον *Ar.* [s] Κομίσεσθαι *Dan.* [t] Αὐτοὺς *Ar.* [u] Πρεσβευσόμενοι *Marg. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. [x] Ἀθηναίους *Ar. C. Dan.* [y] Ἵν' ἀντ' αὐτῶν *Ar. C.* [z] Ἰδίαν deest *Reg.*

cedæmoniis eandem facerent. Nam *Bœotarchæ* existimabant, illos, qui erant in consilio, quamvis *hæc ipsis* non dixissent, tamen nihil aliud decreturos, quam quod ipsi a se prius deliberatum *ipsis* suasissent. sed cum res *ipsis* non successisset, Corinthii quidem, et legati ex Thracia *missi* infecto negotio abierunt. Bœotarchæ vero, qui, si persuadere potuissent, operam dare statuerant, ut etiam cum Argivis societatem inirent, nec de Argivis quicquam amplius ad illa consilia retulerunt, nec legatos, quos *se missuros* promiserant, Argos miserunt: sed incuria quædam, et rerum omnium procrastinatio erat.

39. Hac eadem hyeme Mecybernam, ubi erat Atheniensium præsidium, Olynthii subito adorti ceperunt. Posthæc Lacedæmonii (nam inter ipsos et Athenienses assidua colloquia fiebant de locis, quæ invicem tenebant) existimantes, si Athenienses Panactum a Bœotis recepissent, fore, ut ipsi Pylum reciperent, Bœotos per legationem adierunt, et orarunt, ut Panactum, et quotquot ex Atheniensibus in vinculis haberent, sibi traderent, ut pro his ipsi Pylum reciperent. Bœoti vero negarunt, se *hæc* reddituros, nisi secum, quemadmodum cum Atheniensibus, societatem privatim coirent. Lacedæ-

Bell. Pelop. an. 11. Olymp. 89. 4. U. C. Varr. 332.

[a] Λακεδαιμόνιοι δὲ, εἰδότες μὲν, ὅτι ἀδικήσουσιν Ἀθηναίους, [b] εἰρημένον, ἄνευ ἀλλήλων μήτε σπένδεσθαί τῳ, μήτε πολεμεῖν, βουλόμενοι δὲ τὸ [c] Πάνακτον παραλαβεῖν, ὡς τὴν Πύλον ἀντ᾽ αὐτοῦ κομιούμενοι, καὶ ἅμα τῶν ξυγχέαι σπευδόντων τὰς σπονδὰς προθυμουμένων [d] τὰς ἐς Βοιωτοὺς, ἐποιήσαντο τὴν ξυμμαχίαν, [e] τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος ἤδη, καὶ πρὸς ἔαρ· καὶ τὸ Πάνακτον εὐθὺς καθῃρεῖτο. καὶ ἑνδέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα.

Bell. Pelop. an. 12. Olymp. $\frac{89}{90}$. $\frac{4}{1}$. U. C. Varr. $33\frac{4}{5}$. Ab Apr. 5.

μ΄. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι εὐθὺς τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους [f] οἱ Ἀργεῖοι, ὡς οἵ τε πρέσβεις τῶν Βοιωτῶν, οὓς ἔφασαν πέμψειν, οὐχ [g] ἵκοντο, τό, τε Πάνακτον ᾔσθοντο καθαιρούμενον, καὶ ξυμμαχίαν ἰδίαν γεγενημένην τοῖς Βοιωτοῖς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἔδεισαν, μὴ [h] μονωθῶσι, καὶ ἐς Λακεδαιμονίους πᾶσα ἡ ξυμμαχία χωρήσῃ. τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς ᾤοντο πεπεῖσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων τό τε Πάνακτον καθελεῖν, καὶ ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδὰς ἐσιέναι, τούς τε Ἀθηναίους εἰδέναι ταῦτα· ὥστε οὐδὲ πρὸς Ἀθηναίους ἔτι σφίσιν [i] εἶναι ξυμμαχίαν ποιήσασθαι· πρότερον ἐλπίζοντες, [k] ἐκ τῶν διαφόρων, εἰ μὴ μείνειαν αὐτοῖς αἱ πρὸς Λακεδαιμονίους

[a] Καὶ Λακεδ. *Ar. C. Dan.* [b] Εἰρημένων *Reg.* [c] Masculinum apud *Menandrum* teste *Suida.* [d] Τὰς omittunt *Ar. C.* Τὰ ἐς Βοι. *Cl.* Sic et *Cass.* et *Reg.* Aug. a *Dan.* abest τάς. Antea ἅμα τῷ Mosqu. et σπενδόντων. [e] Τοῦ χειμῶνος δὲ τελευτῶντος *Ar. C. Dan.* [f] Οἱ Πάνακτόν τε πρέσβεις *Dan.* Antea τ. πολ. ἐτελ. τῷδε Mosqu. [g] Ἧκοντο *Gr.* Ἥκοντο Aug. sed ἡ in ι mut. [h] Μονωθῶσιν *Cass.* Aug. [i] Εἶναι pro ἐξεῖναι. *Huds.* [k] Hic verborum ordo: εἰ μὴ μείνειαν αὐτοῖς αἱ πρὸς Λακεδαιμονίους σπονδαὶ ἐκ τῶν διαφόρων. Scil. propter controversias de agro Cynurio, de quo infra. Διαφορῶν *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Dan.* Aug.

monii vero, quamvis scirent, se Atheniensibus injuriam facturos, quod cautum esset, ne sine communi consensu vel fœdus cum quoquam fieret vel bellum gereretur, quia tamen Panactum recipere cupiebant, ut Pylum pro ipso recuperarent, simul etiam quod illi, qui fœdera confundere properabant, ad fœdus cum Bœotis ineundum propensiores erant, societatem *cum ipsis* fecerunt, hyeme jam extrema, et sub vere: statimque Panactum eversum est. Et undecimus hujus belli annus exiit.

40. Ineunte autem vere insequentis æstatis, Argivi statim, cum Bœotorum legati, quos *Bœoti* se missuros dixerant, non venissent, et Panactum *ab illis* eversum intellexissent, et societatem inter Bœotos et Lacedæmonios privatim factam, extimuerunt, ne soli relinquerentur, omnesque socii se Lacedæmoniis adjungerent. Existimabant enim Bœotos a Lacedæmoniis inductos fuisse et ad Panactum evertendum, et ad ineundam cum Atheniensibus societatem, et Athenienses harum rerum conscios esse *credebant*. Itaque ne cum Atheniensibus quidem societatem facere sibi amplius integrum esse *ducebant*, cum antea sperassent, si propter controversias, ea fœdera, quæ cum Lacedæmoniis inierant, frangerentur, fœ-

Bell. Pelop. an. 12. Olymp. 89. 4. 90. 1. U. C. Varr. 334/5.

σπονδαὶ, τοῖς γοῦν Ἀθηναίοις ξύμμαχοι ἔσεσθαι. ἀποροῦντες οὖν ταῦτα οἱ Ἀργεῖοι, καὶ φοβούμενοι, μὴ Λακεδαιμονίοις καὶ Τεγεάταις, Βοιωτοῖς καὶ Ἀθηναίοις ἅμα πολεμῶσι, [l] πρότερον οὐ δεχόμενοι τὰς Λακεδαιμονίων σπονδὰς, ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι, ἔπεμπον ὡς ἐδύναντο τάχιστα ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρέσβεις, Εὔστροφον καὶ [m] Αἴσωνα, οἳ ἐδόκουν προσφιλέστατοι αὐτοῖς εἶναι· ἡγούμενοι, ἐκ τῶν παρόντων κράτιστα πρὸς Λακεδαιμονίους σπονδὰς ποιησάμενοι, [n] ὅπη ἂν ξυγχωρῇ, ἡσυχίαν ἔχειν.

μα'. Καὶ οἱ πρέσβεις ἀφικόμενοι αὐτῶν, λόγους [o] ἐποιοῦντο πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐφ' ᾧ ἂν σφίσιν αἱ σπονδαὶ γίγνοιντο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι ἠξίουν [p] δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι, ἢ ἐς πόλιν τινὰ, ἢ [q] ἐς ἰδιώτην, περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς [r] ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης· (ἔχει δὲ ἐν [s] αὐτῇ [t] Θυρέαν, καὶ [u] Ἀνθήνην [x] πόλιν· νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι·) ἔπειτα δ', οὐκ ἐώντων [y] Λακεδαιμο-

[l] Πρότεροι *Dan.* [m] Ἔσωνα *Cass.* Aug. [n] Ὅπῃ *Cass.* Aug. [o] Ἐποιήσαντο *Gr.* Sed in marg. ἐποιοῦντο. [p] Τῆς δίκης *Gr.* [q] Ἐς omittunt *Ar. C. Gr. Cl.* Aug. *Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Dan.* Paullo ante εἰς πόλιν *Dan.* [r] Controversiam olim adjudicarunt Amphictyones: uti docet nos *Plutarchus* in minoribus Parallelis. Sed de controversia, cujus jam meminit *Thucydides*, etiam videre licet apud *Herodotum* lib. 1. ac *Strabonem* itidem lib. 1. Adi lib. 3. Ἐπιγραμμάτων, et *Meursii* Miscell. Lacon. l. 4. c. 13. *Huds.* Περιδιαφέρ. Mosqu. [s] Αὐτῇ *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Gr.* Aug. Ἑαυτῇ Mosqu. [t] Θυραίαν *Cl.* in marg. [u] Ἀνθάνα *Stephano* περὶ πόλεων. Verum et Ἀνθήνη legitur in *Codice Vossiano*, teste *Berkelio.* Vide *Meursii* Miscell. Lacon. l. 4. c. 4. uti etiam de Thyrea l. 4. c. 13. *Huds.* Ἀθήνην Aug. *Reg. Cass.* Ἀθίνην Mosqu. [x] Πόλιν omittit *Gr.* [y] Τῶν Λακεδ. *Gr.* Antea οὐκεδόντων Mosqu.

turum saltem, ut cum Atheniensibus societatem inirent. Argivi igitur, cum his difficultatibus premerentur, et vererentur, ne simul cum Lacedæmoniis, et Tegeatis, et Bœotis, et Atheniensibus bellum sibi gerendum esset, quod Lacedæmoniorum fœdera prius non accepissent, sed animis elati Peloponnesi principatum se adepturos sperassent, quamprimum potuerunt legatos Lacedæmonem miserunt, Eustrophum et Æsonem, qui ipsis carissimi esse videbantur; existimantes, ubi quam commodissima fœdera pro præsenti rerum statu cum Lacedæmoniis fecissent, quomodocunque res caderet, se quietos futuros.

41. Ipsorum autem legati profecti, sermonem habuerunt cum Lacedæmoniis, quibus conditionibus fœdera facienda essent. Ac primum quidem Argivi postulabant, ut vel civitatis vel privati alicujus arbitrio permitteretur controversia de agro Cynurio, de quo in confiniis posito semper contendebant. (hic autem ager continet Thyream, et Anthenam urbem, eumque Lacedæmonii possident.) Deinde vero, quamvis Lace-

Bell. Pelop. an. 12. Olymp. 89 4 / 90 1. U. C. Varr. 334/5.

νίων μεμνῆσθαι περὶ αὐτῆς, [z] ἀλλ', εἰ [a] βούλονται σπένδεσθαι ὥσπερ πρότερον, ἕτοιμοι εἶναι· οἱ Ἀργεῖοι πρέσβεις [b] τάδε ὅμως [c] ἐπηγάγοντο τοὺς Λακεδαιμονίους ξυγχωρῆσαι, ἐν μὲν τῷ παρόντι σπονδὰς ποιήσασθαι ἔτη πεντήκοντα, ἐξεῖναι δ' [d] ὁποτεροισοῦν [e] προσκαλεσαμένοις, μήτε νόσου οὔσης, μήτε πολέμου, Λακεδαίμονι καὶ Ἄργει διαμάχεσθαι περὶ τῆς γῆς ταύτης, ὥσπερ καὶ πρότερόν ποτε, [f] ὅτε αὐτοὶ ἑκάτεροι ἠξίωσαν νικᾷν· διώκειν δὲ μὴ ἐξεῖναι περαιτέρω τῶν πρὸς Ἄργος καὶ Λακεδαίμονα ὅρων. [g] τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις τὸ μὲν πρῶτον ἐδόκει [h] μωρία εἶναι ταῦτα, ἔπειτα (ἐπεθύμουν γὰρ τὸ Ἄργος [i] πάντως [k] φίλον ἔχειν) ξυνεχώρησαν, ἐφ' οἷς ἠξίουν, καὶ [l] ξυνεγράψαντο. ἐκέλευον [m] δ' οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὶν τέλος τι αὐτῶν ἔχειν, ἐς τὸ Ἄργος πρῶτον ἐπαναχωρήσαντας αὐτοὺς, δεῖξαι τῷ πλήθει, καὶ, ἢν ἀρέσκοντα ᾖ, ἥκειν ἐς τὰ Ὑακίνθια, τοὺς ὅρκους ποιησομένους. καὶ οἱ μὲν ἀνεχώρησαν.

μβ'. Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ, ᾧ οἱ Ἀργεῖοι ταῦτα ἔπρασσον, οἱ πρέσβεις τῶν Λακεδαιμονίων, [n] Ἀνδρομέ-

[z] Ἀλλὰ εἰ *Gr.* [a] Βούλοιντο *Marg.* [b] Τάδ' ὅμως *Gr.* [c] Ἀπηγάγοντο *Ar. C. Dan.* [d] Pro ὁποτεροισοῦν προσκαλεσαμένων. Scil. πρὸς μάχην ἑτέρους προσκαλεσαμένων. *Æ. Port.* Ὁποτέροις οὖν *Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Dan. Gr.* Aug. Ὁποτέροις οὖν Mosqu. [e] Προσκαλεσαμένοις *Cl. Gr. Cass.* Aug. [f] Ὅτι *Dan.* [g] Τοῖς μὲν οὖν Λακ. *Ar.* Καὶ τοῖς Λακ. Mosqu. [h] Μωρία cum ω recenti manu supra scripto *Reg.* [i] Πάντως omittit *Gr.* [k] Φίλιον *Ar. C, Dan.* Ἔξειν p. ἔχειν Mosqu. [l] Συνεγράψαντο *Cass. Gr.* Aug. [m] Δὲ οἱ *Gr.* [n] Ἀνδρομίδης *Cl.* ut et infra. *Huds.* Sic utrobique et *Cass.* Aug. Paullo ante οἱ d. Mosqu. ante Ἀργεῖοι.

dæmonii nullam de eo mentionem fieri sinerent; at se, si vellent illi fœdus ex pristina formula facere, ad hoc paratos esse *dicerent:* Lacedæmonios tamen Argivi legati ad hæc sibi concedenda induxerunt: ut in præsentia quidem fœdus annorum quinquaginta facerent, quotiescunque vero utrilibet *alteros ad prælium* provocassent, dummodo neque morbo neque bello, vel Lacedæmoniorum vel Argivorum civitas implicita esset, de hoc agro armis decernere liceret, quemadmodum et ante quondam *factum esset,* quum utrique se victores discessisse judicarunt. Sed persequi non liceret ulterius, quam vel ad Argorum vel ad Lacedæmonis terminos. Lacedæmoniis vero primum quidem hæc stultitiæ plena esse videbantur: deinde (Argos enim quavis ratione amicum habere cupiebant) assensi sunt iis conditionibus, quibus *fœdus fieri* postulabant; et syngrapham fecerunt. Lacedæmonii autem *legatos Argivorum* hortati sunt, ut, priusquam quicquam eorum conficeretur, Argos reversi, populo ostenderent, quas si probasset, tunc vero ad Hyacinthia redirent, ut jusjurandum præstarent. Et illi quidem abierunt.

42. Interea vero dum Argivi hæc tractarent, Lacedæmoniorum legati, Andromenes, Phædimus, et Antimenidas, quibus mandatum fuerat,

Bell. Pelop. an. 12. Olymp. 89. 4. 90. 1. U. C. Varr. 334.

νης καὶ Φαίδιμος καὶ [o] Ἀντιμενίδας, οὓς ἔδει τὸ Πάνακτον καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς παρὰ Βοιωτῶν παραλαβόντας Ἀθηναίοις ἀποδοῦναι, τὸ μὲν Πάνακτον ὑπὸ τῶν Βοιωτῶν [p] αὐτῶν καθῃρημένον [q] εὗρον, ἐπὶ προφάσει, ὡς ἦσάν ποτε Ἀθηναίοις καὶ Βοιωτοῖς ἐκ διαφορᾶς [r] περὶ αὐτοῦ ὅρκοι παλαιοὶ, μηδετέρους οἰκεῖν τὸ χωρίον, ἀλλὰ κοινῇ νέμειν, τοὺς δ' ἄνδρας οὓς εἶχον αἰχμαλώτους [s] οἱ Βοιωτοὶ Ἀθηναίων, παραλαβόντες οἱ περὶ τὸν Ἀνδρομένην ἐκόμισαν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἀπέδοσαν· τοῦ τε Πανάκτου [t] τὴν καθαίρεσιν ἔλεγον αὐτοῖς, νομίζοντες καὶ τοῦτο ἀποδιδόναι· πολέμιον γὰρ [u] οὐκέτι ἐν αὐτῷ Ἀθηναίοις οἰκήσειν οὐδένα. λεγομένων δὲ τούτων, οἱ Ἀθηναῖοι δεινὰ ἐποίουν, νομίζοντες ἀδικεῖσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων, τοῦ τε Πανάκτου τῇ καθαιρέσει, ὃ ἔδει ὀρθὸν παραδοῦναι, καὶ πυνθανόμενοι, ὅτι καὶ Βοιωτοῖς [x] ἰδίᾳ ξυμμαχίαν πεποίηνται, φάσκοντες πρότερον κοινῇ [y] τοὺς μὴ δεχομένους τὰς σπονδὰς προσαναγκάσειν. τά τε ἄλλα ἐσκόπουν, ὅσα ἐξελελοίπεσαν τῆς ξυνθήκης, καὶ ἐνόμιζον [z] ἐξηπατῆσθαι. ὥστε χαλεπῶς πρὸς τοὺς πρέσβεις ἀποκρινάμενοι ἀπεπέμψαν.

μγ′. Κατὰ τοιαύτην δὴ διαφορὰν ὄντων τῶν Λακε-

[o] Αὐτομενίδας *Ar.* [p] Αὐτῶν omittit *Cl.* [q] Ηὗρον *Cass.* Aug. [r] Περὶ τοῦ αὐτοῦ παλαιοὶ ὅρκοι *C.* Περὶ αὐτοῦ παλαιοὶ ὅρκοι *Ar. Dan.* Mox μηδ' ἑτέρους *Gr.* [s] Οἱ omittunt *Ar. C. Cl. Gr.* Aug. *Reg. Cass. Dan.* Οἱ Βοιωτ. αἰχμ. Mosqu. et mox, Ἀνδρομένη. [t] Καὶ καθαίρεσιν *Gr.* [u] Οὐκ ἔτι *Gr.* [x] Ἰδίαν *Marg. Ald. Flor. Bas.* Ἰδίᾳ ξυμμαχίᾳ *Gr.* [y] Τοὺς δὲ μὴ *Gr.* [z] Ἐξηπατεῖσθαι *Dan.* Antea ἐξελελείπ. Mosqu.

ut Panactum, et captivos a Bœotis receptos Atheniensibus redderent, Panactum quidem ab ipsis Bœotis eversum offenderunt, eo prætextu, quod olim inter Bœotos et Athenienses orta de illo castello controversia, jurejurando interposito convenisset, ut neutri *soli* id incolerent: sed Atheniensium viros, quos *Bœoti* captivos habebant, Andromenes ejusque collegæ receptos ad Athenienses deduxerunt, ac reddiderunt, et Panacti eversionem ipsis significarunt, existimantes, se hoc etiam ipsis reddituros; nullum enim Atheniensium hostem in eo amplius habitaturum. Cum autem hæc dicerentur, Athenienses graviter indignabantur, quod a Lacedæmoniis injuriam sibi fieri putarent, cum ob eversionem Panacti, quod *stans* traditum oportuerat, tum quod audirent, *eos* cum Bœotis quoque societatem privatim fecisse, cum tamen antea dicerent, se communiter adacturos eos, qui fœdus recipere noluissent. *Hæc igitur*, et alia considerabant, quæcunque *Lacedæmonii* ex pacto non servaverant, et se fraude circumventos existimabant. Quare legatos cum asperiore responso dimiserunt.

43. Cum igitur inter Lacedæmo-

δαιμονίων πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, οἱ ἐν ταῖς Ἀθήναις αὖ βουλόμενοι λῦσαι τὰς σπονδὰς, εὐθὺς ἐνέκειντο. [a]ἦσαν δὲ ἄλλοι τε, καὶ Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ἀνὴρ ἡλικίᾳ μὲν [b]ἔτι τότε ὢν νέος, [c]ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει, ἀξιώματι δὲ προγόνων τιμώμενος· ᾧ ἐδόκει μὲν καὶ ἄμεινον εἶναι πρὸς τοὺς Ἀργείους μᾶλλον χωρεῖν· οὐ μέντοι, ἀλλὰ καὶ φρονήματι φιλονεικῶν ἠναντιοῦτο, ὅτι Λακεδαιμόνιοι διὰ Νικίου καὶ Λάχητος ἔπραξαν τὰς σπονδὰς, [d]αὐτὸν κατά [e]τε τὴν νεότητα ὑπεριδόντες, καὶ κατὰ τὴν παλαιὰν προξενίαν ποτὲ οὖσαν οὐ τιμήσαντες· ἣν τοῦ πάππου ἀπειπόντος, αὐτὸς, τοὺς ἐκ τῆς νήσου αὐτῶν αἰχμαλώτους θεραπεύων, διενοεῖτο ἀνανεώσασθαι. πανταχόθεν [f]τε νομίζων ἐλασσοῦσθαι, [g]τότε πρῶτον ἀντεῖπεν, οὐ βεβαίους φάσκων εἶναι Λακεδαιμονίους, ἀλλ', ἵνα Ἀργείους σφίσι σπεισάμενοι [h]ἐξέλωσι, καὶ αὖθις ἐπ' Ἀθηναίους μόνους ἴωσι, τούτου ἕνεκα σπένδεσθαι αὐτούς. καὶ τότε, ἐπειδὴ ἡ διαφορὰ ἐγεγένητο, πέμπει εὐθὺς ἐς Ἄργος ἰδίᾳ, κελεύων [i]ὡς τάχιστα ἐπὶ τὴν ξυμμαχίαν [k]προκαλουμένους ἥκειν

Bell. Pelop. an. 12. Olymp. $\frac{89}{90}$. $\frac{4}{1}$. U. C. Varr. 33$\frac{4}{5}$.

[a] Ἦσαν δὲ οἱ ἄλλοι τε *Ar.* [b] Ἔτι ὢν τότε νέος *Reg.* [c] Ὡς ἐν ἄλλῃ δὲ πόλει οὐδεὶς ἀξιώματι προγόνων τιμώμενος. Vel, ὡς ἐν ἄλλῃ δὲ πόλει, ἀξ. π. τ. *Fr. Port.* Genus Alcibiadis copiose exponit *Isocrates* in Oratione περὶ ζεύγους, et *Plutarchus* in Alcibiade. Vide etiam *Meursii* Att. Lect. l. 6. c. 12. *Huds.* [d] Ἑαυτὸν *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Bas. Reg. Cass. Dan.* Aug. [e] Τε deest *Ar.* [f] Δὲ *Ar. C. Dan.* Paullo ante ἐν τῇ νήσῳ Mosqu. [g] Τό, τε legendum censet *Fr. Port.* Ita Aug. [h] Ἐξέλωσιν et mox ἴωσιν *Cass.* Aug. Mox αὖτις Bas. [i] Ὡς τάχιστα *Libri nonnulli Huds.* Ita *Cass.* et *Gr.* [k] Προκαλούμενος *Marg. Ar. C. Reg.*

[a] Πεμψάντων deest *Reg.* [b] Id est: *μὴ ὡς ὑπηκόους, ὥσπερ εἰσὶν οἱ ξυγγενεῖς αὐτῶν* etc. *Æ. Port.* [c] Ἀλλὰ ὡς *Gr.* [d] Φησὶν ἡμᾶς Mosqu. [e] Ὅτι μάλιστα *C. Bar. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass.* Aug. [f] Δεῖν *Stob.* [g] Γίνεσθαι *Gr.* [h] Ὑμᾶς *Bar. Ald. Bas.* [i] Οἱ deest *Ar.* Antea τοὺς φίλους κακ. Mosqu. et ἢ p. ἢν. [k] Καὶ τοὺς ἐκεῖ γὰρ ξυμμάχους *Marg.* Καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ

ctum iri, quia isti *Syracusani* minus copiarum ad Peloponnesios mittent. Et ob istam causam maxima necessitudine jam nobiscum estis conjuncti. Quamobrem etiam æquum est, Leontinos a nobis in suas sedes restitui, non *ut imperio nostro* subjectos, quemadmodum sunt ipsorum cognati, qui in Eubœa habitant, sed ut potentissimos; ut ex suo *agro*, quia sunt finitimi *Syracusanis*, ipsis pro nobis sint infesti. Quod enim attinet ad res illas, *et ad bellum domesticum*, vel nos ipsi *soli* satis virium habemus ad hostes propulsandum, et Chalcidensis, *qui est in Eubœa*, (quem *Syracusanus iste* dicit a nobis præter id, quod rationi consentaneum videtur, subactum esse, et tamen nos jam simulare, nos huc venisse, ut eos, qui hic sunt, in libertatem asseramus) utilis est nobis, quod nullo bellico apparatu sit instructus, et pecuniam tantum pendat: res vero istæ, et Leontini, et cæteri amici, *nobis utiles sunt*, in summa libertate degentes."

85. "Viro autem tyrannidem, aut civitati principatum obtinenti, nihil, quod utile sit, a ratione est alienum, nihil etiam amicum, nisi fidum. Pro singulis autem rebus, *quæ geruntur*, oportet vel inimicum, vel amicum opportune fieri. Atque hoc nobis hic est commodum, non ut amicos maleficiis afficiamus: sed ut propter amicorum potentiam inimici reddantur infirmi. Non est autem de nostra fide dubitandum. Nam sociis, qui illinc sunt, prout

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

χρήσιμοι, ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους, νεῶν παροχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς, χρημάτων βιαιότερον φορᾷ· ἄλλους δὲ καὶ πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας, καίπερ νησιώτας ὄντας καὶ εὐλήπτους, διότι [k] ἐν χωρίοις ἐπικαίροις εἰσὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον. ὥστε, καὶ [l] τἀνθάδε, εἰκὸς, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν, [m] καὶ, ὃ λέγομεν, ἐς Συρακουσίους δέος, [n] καθίστασθαι. ἀρχῆς γὰρ [o] ἐφίενται ὑμῶν, καὶ βούλονται [p] μὲν, ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ξυστήσαντες ὑμᾶς ὑπόπτῳ, βίᾳ, [q] ἢ κατ' ἐρημίαν, ἀπράκτων ἡμῶν ἀπελθόντων, αὐτοὶ ἄρξαι τῆς Σικελίας. ἀνάγκη δὲ, [r] ἢν ξυστῆτε πρὸς αὐτούς. οὔτε γὰρ ἡμῖν ἔτι ἔσται ἰσχὺς τοσαύτη, [s] ἐς ἓν ξυστᾶσα, [t] εὐμεταχείριστος, οὔθ' οἵδ' ἀσθενεῖς ἂν, ἡμῶν [u] μὴ παρόντων, πρὸς ὑμᾶς [v] εἶεν.

ξυμμάχοις *Ar. C.* Aug. Mosqu. Sic etiam *Reg. Cass. Dan.* Sed in *Reg.* altera lectio recenti manu inter versus scripta erat. [k] Ἐγχωρίοις Mosqu. et καὶ d. ante εὐλήπτ. et τὴν ante Πελοπ. d. Bas. Ἐπὶ χωρίοις *Reg.* [l] Ἐνθάδε *Reg. Cass.* et uterque a correctore recenti supra script. Τἀνθάδε. ἐνθάδε Aug. [m] Id est: *καὶ πρὸς τὸ δέος, τοὺς Συρακουσίους φοβούμεθα, ὃ λέγομεν καὶ ὑμῖν δηλοῦμεν.* Vel, *καὶ τοῦτο διὰ τὸ δέος τὸ ἐς Συρακουσίους, ὃ ὑμῖν λέγομεν, ὃ δέος ἡμᾶς ἀναγκάζει τὰ ἡμῖν καὶ ὑμῖν λυσιτελοῦντα σκοπεῖν, καὶ πειρᾶσθαι τὰ ἐνθάδε πράγματα καθιστάναι, καὶ διοικεῖν κατὰ τὸ ἀμφοτέροις λυσιτελοῦν.* *Æ. Port. Huds.* Pro ὃ *Reg.* habet ᾧ. [n] Καθίσταται *Ar. C. Gr. Bar. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. Καθίστασθαι in marg. *Gr.* Καθίστανται *Reg. Cass. Dan.* Aug. [o] Ἀφίενται ἡμῶν *Reg.* [p] Μὲν omittunt *Ar. C. Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass.* Aug. [q] Ἢ καὶ κατ' ἐρημίαν *Reg. Cass. Dan.* Aug. [r] Εἰ ξυστῆτε *Ar.* Ἢν ξυνστῆτε *Cass.* [s] Εἰς *Gr.* mox συστᾶσα Aug. Bas. [t] Ἀμεταχείριστος in marg. *Cod. C.* atque ita edidit *Aldus.* Ξυστᾶσα εὐμεταχείρηστος *Reg.* [u] Μὴ deest *C.* [v] Ita ab emendatione pro εἰς ἓν *Reg.*

singuli *nobis sunt* utiles, *ita* imperamus: Chiis quidem, et Methymnæis, ut classem præbeant, at liberi vivant; plerisque vero *sic imperamus*, ut tributum severius exigamus. Quinetiam aliis permittimus, ut summa cum libertate nobis in bello ferant auxilium, quamvis insulas colant, et facile subigi possint, quia sunt in locis circa Peloponnesum opportunis. Quamobrem consentaneum est, res etiam, quæ hic sunt, *a nobis* constitui, prout *nobis* conducit, idque propter metum, quem *vobis* significamus, quo Syracusanos metuimus. Nam imperium in vos affectant, et istis suspicionibus, quas contra nos spargunt, vos ad societatem secum ineundam solicitare volunt, ut *vel* per vim, vel propter solitudinem *vestram*, si nos re infecta abierimus, ipsi Siciliæ principatum obtineant. Necesse est autem, *hoc ita contingere, quemadmodum dicimus*, si cum ipsis vos conjungatis. *Nam neque nos tantas copias in unum contrahere, atque *huc* facile transportare posthac poterimus; neque isti *Syracusani*, nobis absentibus, erunt infirmi contra vos."

* Nam neque nobis facultas erit amplius parandi tantum copiarum, neque isti etc. *Valla.* Nec enim tantæ in unum collatæ vires facile a nobis expugnari poterunt, neque etc. *Acacius.* HUDS.

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

πϛʹ. "Καὶ, ὅτῳ ταῦτα μὴ [v] δοκεῖ, αὐτὸ τὸ ἔργον ἐλέγχει. τὸ γὰρ πρότερον ἡμᾶς ἐπηγάγεσθε, οὐκ ἄλλον τινὰ [x] προσείοντες φόβον, ἢ, εἰ περιοψόμεθα, ὑμᾶς ὑπὸ Συρακουσίοις γενέσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ [y] κινδυνεύσομεν. καὶ νῦν οὐ δίκαιον, [z] ὅπερ καὶ ἡμᾶς ἠξιοῦτε λόγῳ πείθειν, τῷ αὐτῷ ἀπιστεῖν· οὐδ', ὅτι δυνάμει μείζονι πρὸς τὴν τῶνδε ἰσχὺν πάρεσμεν, ὑποπτεύεσθαι, [a] πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖσδε ἀπιστεῖν. ἡμεῖς μέν γε οὔτε ἐμμεῖναι δυνατοὶ [b] μὴ μεθ' ὑμῶν· εἴτε καὶ, γενόμενοι [c] κακοὶ, κατεργασαίμεθα, ἀδύνατοι κατασχεῖν, διὰ μῆκός τε πλοῦ, καὶ ἀπορίᾳ φυλακῆς πόλεων μεγάλων, καὶ τῇ παρασκευῇ ἠπειρωτίδων. οἵδε δὲ, οὐ στρατοπέδῳ, [d] πόλει δὲ μείζονι τῆς ἡμετέρας παρουσίας, [e] ἐποικοῦντες ὑμῖν, ἀεί τε [f] ἐπιβουλεύουσιν, [g] καὶ, ὅταν καιρὸν λάβωσιν ἑκάστου, οὐκ ἀνιᾶσιν. ἔδειξαν δὲ καὶ ἄλλα ἤδη, καὶ [h] τὰ ἐς Λεοντίνους· καὶ νῦν τολμῶσιν ἐπὶ τοὺς ταῦτα κωλύοντας, καὶ ἀνέχοντας τὴν Σικελίαν μέχρι

[v] Δοκῇ Mosqu. [x] Προσιόντες *Ar. Bar. Ald. Flor. Bas. Gr.* Aug. Mosqu. [y] Κινδυνεύσωμεν Mosqu. [z] Ὥπερ *Reg. Cass.* et Aug. a corr., primitus scr. videtur ὅπερ. post ὅπερ abest καὶ in Mosqu. [a] Πολλὺ *Bar.* [b] Μὴ deest *Reg. Cass.* [c] Κακοὶ καὶ κατεργασαίμεθα *Ar. C.* Mosqu. [d] Id est: πόλεως δυνάμει πολὺ μείζονι τῆς ἡμετέρας ἤδη παρούσης δυνάμεως. Vel, μείζονι τῆς ἡμῶν ἐνθάδε νῦν παρόντων δυνάμεως. *Æ. Port. Huds.* [e] Non dixit, παροικοῦντες, sed ἐποικοῦντες, ut innueret, vicinos esse, sed infestos et hostes, qui illis immineant. *Idem.* ἡμῖν Mosqu. [f] Ἐπιβουλεύουσι *Cass. Gr.* Mosqu. Aug. id. mox ὅτ' ἄν. [g] Καὶ omittunt *Bar. Ald. Flor. Bas.* [h] Τὰ deest *Dan.*

86. "Cui autem hæc non videntur *ita se habere, ut dicimus, illum* ipsa res arguit. Prius enim nos arcessistis, nullum alium metum *nobis* incutientes, nisi quod, si per nostram negligentiam vos in Syracusanorum potestatem venire sineremus, nos quoque pericula subiremus. Quamobrem non est æquum, vos nunc eidem rationi fidem habere nolle, quam tamen nobis etiam oratione *vestra* persuadere volebatis. Neque, in suspicionem venire, quod cum majoribus copiis adversus istorum potentiam *huc* venerimus, imo potius *æquum est, vos Syracusanis* istis nullam habere fidem. Nos enim ne consistere quidem *hic* possumus, nisi vobiscum. Quod si etiam, perfidi effecti, *res istas* subigeremus, *eas tamen* retinere non possemus propter navigationis longitudinem, et difficultatem custodiendi urbes magnas, * et quæ mediterraneis copiis indigent *et nituntur.* At isti non castris, sed in urbe vobis finitima, habitantes, cujus populus est major his nostris copiis, quæ *jam hic* adsunt, assidue *vobis* insidiantur, et quamlibet occasionem nacti, eam non omittent. Id, quod cum erga alios, tum etiam erga Leontinos jam declararunt. Et *tamen* nunc audent adversus eos, qui hæc impediunt, et

* Et mediterraneis copiis subnixas. *Valla.* Πόλεις παρασκευῇ ἠπειρώτιδες videntur esse urbes ἱππεῦσι καὶ πεζῷ ἰσχύουσαι ἠπειρώτιδος ξυμμαχίας, quæ instar *mediterranearum* copiis et bellico apparatu instructæ sunt. Huds.

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

τοῦδε μὴ ὑπ' αὐτοὺς εἶναι, παρακαλεῖν ὑμᾶς ὡς ἀναισθήτους. πολὺ δὲ ἐπὶ ἀληθεστέραν γε σωτηρίαν ἡμεῖς ἀντιπαρακαλοῦμεν, δεόμενοι τὴν ὑπάρχουσαν [i] ἀπ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις μὴ προδιδόναι· νομίσαι τε, τοῖσδε μὲν, καὶ ἄνευ ξυμμάχων, [k] ἀεὶ ἐφ' ὑμᾶς ἑτοίμην, διὰ τὸ πλῆθος, εἶναι ὁδὸν, ὑμῖν [l] δ' οὐ πολλάκις παρασχήσειν, μετὰ τοσῆσδε ἐπικουρίας ἀμύνασθαι. ἣν εἰ τῷ ὑπόπτῳ ἢ ἄπρακτον [m] ἐάσετε ἀπελθεῖν, ἢ καὶ σφαλεῖσαν, ἔτι βουλήσεσθε καὶ [n] πολλοστημόριον αὐτῆς ἰδεῖν, ὅτε οὐδὲν ἔτι περανεῖ παραγενόμενον ὑμῖν."

πζ'. "Ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς, ὦ Καμαριναῖοι, ταῖς τῶνδε διαβολαῖς ἀναπείθεσθε, μήτε οἱ ἄλλοι· εἰρήκαμεν δ' ὑμῖν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ ὧν ὑποπτευόμεθα, καὶ ἔτι ἐν κεφαλαίοις ὑπομνήσαντες, ἀξιώσομεν πείθειν. φαμὲν γὰρ ἄρχειν μὲν τῶν ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὑπακούωμεν ἄλλου, [o] ἐλευθεροῦν δὲ τὰ ἐνθάδε, ὅπως μὴ ὑπ' αὐτῶν βλαπτώμεθα· πολλὰ δ' ἀναγκάζεσθαι πράσσειν, διότι καὶ πολλὰ φυλασσόμεθα· ξύμμαχοι δὲ καὶ νῦν καὶ πρότερον τοῖς ἐνθάδε ὑμῶν ἀδικουμένοις

[i] Ἐπ' ἀλλήλων *Gr.* [k] Αἰεὶ *Ar. C.* Omittit *Cl.* Deest etiam *Dan.* Mosqu. [l] Δὲ οὐ *Gr.* Antea ἡμῖν Mosqu. [m] Ἐάσατε Mosqu. [n] Πολλοστὸν μόριον *Marg. Ar. C. Flor. Reg. Cass. Dan.* Aug. Mosqu. [o] Ἐλευθεροῦντες *Ar.*

qui ad hunc usque diem Siciliam sustinent, ne in ipsorum potestatem redigatur, vos ut stupidos *ac amentes* adhortari, *et ad societatem solicitare.* Nos vero contra ad salutem longe certiorem *vos* adhortamur, *orantes, ne *salutem,* utrisque nostrum ope mutua paratam, prodatis: sed existimetis, istis quidem, vel sine sociorum auxiliis, propter multitudinem, viam adversus vos semper expeditam esse; vobis vero non semper futuram facultatem cum tot auxiliaribus copiis *eos* propulsandi. Quas si vel ob suspicionem, vel etiam accepta clade, infecto negotio discedere sinatis, optabitis profecto aliquando vel minimam ipsarum partem videre, quum ejus ad vos adventus nihil amplius *vobis* prodesse poterit."

87. "Sed neque vos, Camarinæi, criminationibus istorum *ad nos deserendum* adducamini, neque cæteri. Jam autem vobis declaravimus omnem veritatem, de quibus *vobis* sumus suspecti, et nunc etiam *iisdem* in vestram memoriam per capita revocatis, postulabimus, ut flectamini. Dicimus enim, nos illis quidem, qui illic sunt, imperare, ne alterius imperio pareamus; hos vero, qui hic sunt, in libertatem asserere, ne ab ipsis lædamur; multa autem nos facere cogi, quia sunt etiam multa, † quæ nobis sunt cavenda. Socios vero et nunc et prius *huc* venisse,

* Orantes, ne eam, quæ utrisque jam invicem esse potest, incolumitatem negligatis etc. *Acacius.* HUDS.

† Quæ nobis tutanda et custodienda sunt. *Acac.* A quibus cavere nos oportet. *Steph.* IDEM.

οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες δὲ, ἥκειν. καὶ ὑμεῖς μήθ' ὡς δικασταὶ γενόμενοι τῶν [o] ἡμῖν ποιουμένων, μήθ' ὡς σωφρονισταὶ (ὃ χαλεπὸν ἤδη,) ἀποτρέπειν πειρᾶσθε. [p] καθόσον δέ τι [q] ὑμῖν τῆς ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης καὶ τρόπου τὸ αὐτὸ ξυμφέρει, τούτῳ [r] ἀπολαβόντες χρήσασθε· καὶ νομίσατε, μὴ πάντας ἐν ἴσῳ βλάπτειν αὐτὰ, πολὺ δὲ πλείους τῶν Ἑλλήνων καὶ ὠφελεῖν. ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ, καὶ ᾧ μὴ ὑπάρχομεν, ὅ, τε οἰόμενος [s] ἀδικήσεσθαι, καὶ ὁ ἐπιβουλεύων, διὰ τὸ [t] ἑτοίμην ὑπεῖναι ἐλπίδα, τῷ μὲν, [u] ἀντιτυχεῖν ἐπικουρίας ἀφ' ἡμῶν, τῷ δὲ, εἰ ἥξομεν, μὴ ἀδεεῖς εἶναι κινδυνεύειν, ἀμφότεροι ἀναγκάζονται, ὁ μὲν, ἄκων σωφρονεῖν, ὁ δ', ἀπραγμόνως σώζεσθαι. ταύτην οὖν τὴν κοινὴν [v] τῷ τε δεομένῳ καὶ ὑμῖν νῦν παροῦσαν ἀσφάλειαν μὴ ἀπώσησθε, ἀλλ', ἐξισώσαντες τοῖς ἄλλοις, μεθ' ἡμῶν τοῖς Συρακουσίοις, ἀντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς, [x] καὶ ἀντεπιβουλεῦσαί ποτε ἐκ τοῦ ὁμοίου μεταλάβετε."

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

[o] Ὑμῖν *Ald. Bas.* [p] Καθ' ὅσον Mosqu. *Ar. C.* itidemque paullo infra. [q] Ἡμῖν *Cass.* καὶ ὑμ. Bas. [r] Ἀπολαύοντες *Ar.* [s] Ἀδικηθήσεσθαι Basil. [t] Ἑτοίμην εἶναι *Gr.* [u] Ἀντισχεῖν, et inter versus a recenti correctore ἀντιτυχεῖν *Reg.* Paullo post τῶν δὲ Mosqu. et mox ἀδεεῖς. [v] Τῷ δεομένῳ *Ar. C.* τῷδε Mosqu. [x] Id est: καὶ αὐτοῖς ὁμοίως ἀντεπιβουλεῦσαι ἄρχεσθε. *Æ. Port. Huds.*

non nostra sponte, sed arcessitos, ut opem ferremus illis de vobis, qui hic injuria afficiuntur. Quare vos neque tanquam facti judices rerum, quæ a nobis geruntur, neque tanquam censores (quod factu jam est difficile) deterrere conemini: * sed quatenus aliqua nostræ curiositatis, ac ingenii pars, qua tot res gerendas aggredimur, vobis quoque prodesse potest, ea recepta utamini, et existimetis, hæc non omnibus æque nocere, verum longe pluribus e Græcis prodesse. Quilibet enim in qualibet regione, vel in ea, in qua non imperamus, et is, qui sibi ab injuria timet, et is, qui *alteri* insidiatur, quod in promtu sit spes, illi quidem fore, ut auxilium a nobis vicissim impetret, huic vero, fore, ut, si venerimus, metu periculi non vacet, ambo coguntur: hic quidem, invitus ab injuria *alteri* facienda sibi temperare; ille vero, nemine negotium ipsi facessente, salutem consequi. Hoc igitur salutis præsidium, quod omnibus, qui *eo* indigent, est commune, et quod vobis nunc præsto est, ne rejiciatis; sed idem facientes, quod cæteri mortales facere solent, nobiscum *juncti*, Syracusanis, pro eo, quod ipsorum insidias semper cavetis, vos etiam nunc tandem eodem modo, *quo illi vobis*, insidias tendere vicissim incipiatis."

* Quatenus vero hoc nostrum multarum rerum studium vobis etc. *Acacius.* Ad multas res aggressio, earumque omnium rerum actio, πολυπραγμοσύνη Græce dicitur, inquit *A. Gellius*, quem vide lib. XI. c. 16. Huds.

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

πη΄. [x] Τοιαῦτα μὲν ὁ Εὔφημος εἶπεν. οἱ δὲ Καμαριναῖοι ἐπεπόνθεσαν τοιόνδε· τοῖς μὲν Ἀθηναίοις εὖνοι ἦσαν, πλὴν, καθόσον [y] εἰ, τὴν Σικελίαν, ᾤοντο, αὐτοὺς δουλώσεσθαι, τοῖς δὲ Συρακουσίοις [z] ἀεὶ, κατὰ τὸ ὅμορον, διάφοροι. δεδιότες δ᾽ οὐχ ἧσσον τοὺς Συρακουσίους, ἐγγὺς ὄντας, μὴ [a] καὶ ἄνευ σφῶν περιγένωνται, [b] τότε πρῶτον αὐτοῖς τοὺς ὀλίγους ἱππέας ἔπεμψαν· καὶ [c] τὸ λοιπὸν ἐδόκει αὐτοῖς, ὑπουργεῖν μὲν τοῖς Συρακουσίοις μᾶλλον ἔργῳ, ὡς ἂν δύνωνται μετριώτατα· ἐν δὲ τῷ παρόντι, ἵνα μηδὲ τοῖς Ἀθηναίοις [d] ἔλασσον δοκῶσιν εἶναι, [e] ἐπειδὴ καὶ ἐπικρατέστεροι τῇ μάχῃ ἐγένοντο, λόγῳ ἀποκρίνασθαι ἴσα ἀμφοτέροις· καὶ οὕτω, βουλευσάμενοι, ἀπεκρίναντο· ἐπειδὴ τυγχάνει ἀμφοτέροις οὖσι ξυμμάχοις σφῶν πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ὢν, εὔορκον [f] δοκεῖν εἶναι σφίσιν, ἐν τῷ παρόντι [g] μηδετέροις ἀμύνειν. καὶ οἱ πρέσβεις ἑκατέρων ἀπῆλθον. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι [h] τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐξηρτύοντο ἐς [i] τὸν πόλεμον· [k] οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι, ἐν τῇ Νάξῳ ἐστρατοπεδευμένοι, [l] τὰ πρὸς τοὺς Σικελοὺς ἔπρασσον,

[x] Τοιαῦτα δὲ ὁ *Gr. Reg. Cass.* Aug. [y] Εἰς *Dan.* [z] Αἰεὶ *Ar. C.* [a] Καὶ d. Mosqu. [b] Τό, τε πρῶτον legit *Æ. Port. Huds.* [c] Τολοιπὸν *Reg.* [d] Ἐλάσσω *Dan.* [e] Ἐπεὶ *Reg.* [f] Δοκεῖ *Ar. C.* Aug. *Reg. Cass. Dan.* In *Reg.* manus recens super ει scripserat ν. [g] Μηδ᾽ ἑτέροις *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Μηδ᾽ ἑτέροις *Reg. Gr.* Mox ἀμήνειν Mosqu. [h] Τὸ *Reg. Dan.* et a prima manu *Cass.* in quo deinde e τὸ factum erat τά. Aug. τὸ a correct. a m. I. videtur scr. τά. [i] Τὸν omittunt *Ar. C.* [k] Οἱ δὲ Ἀθην. *Gr.* [l] Articulus redundare videtur:

88. Atque Euphemus quidem hæc dixit. Camarinæi vero sic animis erant affecti. Atheniensibus quidem erant benevoli, nisi quatenus eos ad subigendam Siciliam venisse suspicabantur: Syracusanis vero, * propter agri finitimi controversias semper, erant inimici. Quum tamen Syracusanos, qui vicini erant, non minus formidarent, ne vel sine suis auxiliis superiores evaderent, et ante paucos illos equites ipsis miserant: et in posterum Syracusanis quidem potius, re ipsa, quam *tamen* parcissime possent, operam suam navare decreverunt. In præsentia vero, ne Atheniensibus minus *benevoli* esse viderentur, præsertim quod ex prœlio victores discessissent, verbis responsum par utrisque dare *statuerunt*. Cum autem sic consultassent, responderunt: Quoniam bellum gerebatur inter illos, qui utrique sibi erant socii, videri sibi æquum esse, in præsentia neutris opem ferre. Atque utrorumque legati *sic* abierunt. Et Syracusani quidem res suas ad bellum apparabant. Athenienses vero, qui apud Naxum stativa habebant, id apud Siculos agebant, ut quam

* Utpote conterminis, semper etc. *Vel*, Cum Syracusanis semper controversiæ illis erant, ut inter conterminos esse consueverunt. *Steph.* Propter agri vicinitatem etc. *Acacius. Huds.*

ὅπως αὐτοῖς ὡς πλεῖστοι προσχωρήσωνται. καὶ οἱ μὲν πρὸς τὰ πεδία μᾶλλον τῶν Σικελῶν ὑπήκοοι ὄντες τῶν Συρακουσίων, οἱ πολλοὶ [m] ἀφειστήκεσαν· τῶν δὲ τὴν [n] μεσόγαιαν ἐχόντων αὐτόνομοι οὖσαι καὶ πρότερον ἀεὶ [o] οἰκήσεις εὐθὺς, πλὴν ὀλίγοι, μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἦσαν· καὶ [p] σῖτόν τε κατεκόμιζον τῷ στρατεύματι, καὶ [q] εἰσὶν οἳ καὶ χρήματα. ἐπὶ δὲ τοὺς μὴ προσχωροῦντας οἱ Ἀθηναῖοι στρατεύοντες, τοὺς μὲν προσηνάγκαζον, τοὺς δὲ καὶ [r] ὑπὸ τῶν Συρακουσίων [s] φρουρούς τε πεμπόντων καὶ βοηθούντων ἀπεκώλυον· τόν τε χειμῶνα μεθορμισάμενοι ἐκ τῆς Νάξου ἐς τὴν Κατάνην, καὶ τὸ στρατόπεδον, ὃ κατεκαύθη ὑπὸ τῶν [t] Συρακουσίων, αὖθις ἀνορθώσαντες, διεχείμαζον· καὶ ἔπεμψαν μὲν ἐς [u] Καρχηδόνα τριήρη περὶ φιλίας, εἰ δύναιντό τι ὠφελεῖσθαι· ἔπεμψαν δὲ καὶ [v] ἐς Τυρσηνίαν, ἔστιν ὧν πόλεων ἐπαγγελλομένων καὶ αὐτῶν ξυμπολεμεῖν. [x] περιήγγελον δὲ καὶ τοῖς Σικελοῖς, καὶ, ἐς τὴν [y] Ἔγεσταν πέμψαντες, ἐκέλευον ἵππους σφίσιν ὡσπλείστους πέμ-

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

nam si orationi eximatur, eundem plane sensum habebis. Vide *Stephani* Append. ad Scripta al. de Dial. Att. pag. 179. *Huds.* [m] Ἀφιστήκεσαν *Reg.* Aug. Mosqu. [n] Μεσόγειαν Mosqu. Tum οἰκούντων *Dan.* [o] Non post εὐθὺς, sed οἰκήσεις, distinguunt *Codd. Mss.* [p] Σῖτόν γε *Reg.* [q] Εἰσὶ οἳ *Gr.* [r] Ἀπὸ pro ὑπὸ reponendum censet *F. Port.* [s] Φρουροὺς ἐσπεμπόντων *Gr.* Mosqu. [t] Συρακοσίων *Cass.* Aug. τῶν d. Mosqu. [u] Καρχιδ. Mosqu. et mox ὠφιλῆσθαι. [v] Ἐς τὴν Τυρσηνίαν *Ar. C. Gr. Dan.* [x] Περιήγγελλον *Cass. Gr.* Περιήγγειλαν *Dan.* [y] Ἐγεσταίαν *Gr.*

plurimi ad se transirent. Et Siculorum quidem, illorum præcipue, qui campestria loca incolebant, et qui Syracusanorum imperio parebant, plerique *ab Atheniensium societate* recesserunt. Illorum vero, qui loca mediterranea tenebant, *civitates*, quæ sui juris, et quæ prius semper *libera erant* * domicilia, exceptis paucis *populis*, sese confestim Atheniensibus adjunxerunt, et commeatum ad *illorum* exercitum comportarunt, quidam et pecunias. Athenienses vero bellum illis inferentes, qui suam societatem sequi recusabant, partim quidem compulerunt, partim vero a Syracusanis præsidia mittentibus et opem ferentibus arcebant. Iidem per hyemem Naxo Catanam statione mutata se contulerunt, et castra, quæ a Syracusanis incensa fuerant, rursus excitarunt, et *illic* hyemarunt. Triremem autem amicitiæ conciliandæ causa Carthaginem miserunt, si quod auxilium *illinc* impetrare possent. Miserunt etiam in Hetruriam, quia nonnullæ civitates ultro se belli socias fore spoponderant. Nuntios etiam ad Siculos circummiserunt, miserunt et Egestam, ac imperarunt, ut sibi quam plurimos † equos mitterent. Et lateres,

* *Id est :* parva oppida. Huds.
† Equites vertit *Valla*, quasi legisset ἱππέας. Idem.

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

πειν, [z] καὶ τἄλλα ἐς τὸν περιτειχισμὸν, πλινθία καὶ σίδηρον, ἡτοίμαζον, καὶ ὅσα ἔδει, ὡς ἅμα [a] τῷ ἦρι ἑξόμενοι τοῦ πολέμου. [b] οἱ δ᾽ ἐς τὴν Κόρινθον καὶ [c] τὴν Λακεδαίμονα τῶν Συρακουσίων ἀποσταλέντες πρέσβεις τούς τε Ἰταλιώτας ἅμα παραπλέοντες ἐπειρῶντο [d] πείθειν, μὴ περιορᾷν τὰ [e] γινόμενα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, ὡς καὶ ἐκείνοις ὁμοίως ἐπιβουλευόμενα· καὶ, ἐπειδὴ ἐν τῇ Κορίνθῳ ἐγένοντο, λόγους ἐποιοῦντο, ἀξιοῦντες σφίσι κατὰ τὸ ξυγγενὲς βοηθεῖν. καὶ οἱ Κορίνθιοι, εὐθὺς ψηφισάμενοι αὐτοὶ πρῶτοι, ὥστε πάσῃ προθυμίᾳ [f] ἀμύνειν, καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ξυναπέστελλον αὐτοῖς πρέσβεις, ὅπως καὶ ἐκείνους ξυναναπείθοιεν τόν τε αὐτοῦ πόλεμον σαφέστερον ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐς τὴν Σικελίαν [g] ὠφέλειαν τινὰ πέμπειν. καὶ οἵ τε ἐκ τῆς Κορίνθου πρέσβεις παρῆσαν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ Ἀλκιβιάδης, μετὰ τῶν ξυμφυγάδων περαιωθεὶς [h] τότ᾽ εὐθὺς ἐπὶ πλοίου [i] φορτηγικοῦ ἐκ τῆς Θουρίας, [k] ἐς Κυλλήνην τῆς Ἠλείας πρῶτον, ἔπειτα ὕστερον ἐς τὴν Λακεδαίμονα, αὐτῶν τῶν Λακεδαιμονίων μεταπεμψάντων, ὑπόσπονδος ἐλθών. ἐφοβεῖτο γὰρ

[z] Καὶ ἄλλα *Reg.* [a] Τῷ deest *Reg.* [b] Οἱ δὲ ἐς *Gr.* εἰς Bas. [c] Τὴν articulum non agnoscunt *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas.* Aug. *Steph.* I. *Reg. Cass.* [d] Πείθειν καὶ μὴ περιορᾷν *Ar.* [e] Γιγνόμενα *Reg. Gr.* Aug. Mosqu. [f] Ἀμυνεῖν *Gr.* ἀμήνειν Mosqu. [g] Ὠφελίαν *Cass. Gr.* Aug. [h] Τότε εὐθὺς *Gr.* [i] Φορτητικοῦ *Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. φορητικοῦ Mosqu. [k] Argos eum se contulisse, et inde ira Atheniensium, ab Argivis ipsum petentium, ad Lacedæmonios transfugisse, dicit *Isocrates* in Orat. περὶ ζεύγους. Vide *Plutarchum* in Alcibiade, *Diodorum* l. 13. *Polyæni* Strat. l. 1. *Justin.* l. 5. *Huds.* τὴν Κυλλ. Mosqu.

et ferrum, et cætera ad *urbis* circumvallationem necessaria, præparaverunt, ut vere statim ineunte bellum inituri. Syracusanorum vero legati, qui Corinthum et Lacedæmonem missi fuerant, dum *oram Italiæ* præterveherentur, Italis persuadere sunt conati, ne negligerent ea, quæ ab Atheniensibus fierent, quod et in illorum perniciem hæc *ab ipsis* pariter struerentur. Cum autem Corinthum pervenissent, verba fecerunt, postulantes, ut pro cognationis jure sibi auxilium ferrent. Corinthii vero confestim et ipsi primi decreverunt omni studio succurrendum, et cum ipsis legatos Lacedæmonem miserunt, ut illos quoque et ad bellum apertius illic gerendum adversus Athenienses, et ad aliquod auxilium in Siciliam mittendum inducerent. Et cum Corinthii legati Lacedæmonem venerunt, tum etiam Alcibiades cum exsilii sociis tunc statim oneraria navi advectus primum ex agro Thurio ad Cyllenen agri Elei, mox deinde Lacedæmonem, ab ipsis Lacedæmoniis accitus, data publica fide profectus. Illos enim metuebat propter res ad Man-

αὐτοὺς διὰ τὴν περὶ τῶν Μαντινικῶν πρᾶξιν. καὶ ξυνέβη, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν Λακεδαιμονίων, τούς τε Κορινθίους καὶ τοὺς [l] Συρακουσίους τὰ αὐτὰ [m] καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην δεομένους πείθειν τοὺς Λακεδαιμονίους. καὶ διανοουμένων τῶν τε Ἐφόρων καὶ τῶν ἐν τέλει ὄντων πρέσβεις πέμπειν ἐς Συρακούσας, [n] κωλύσοντας μὴ ξυμβαίνειν Ἀθηναίοις, βοηθεῖν δὲ οὐ προθύμων ὄντων, παρελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης παρώξυνέ τε τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ ἐξώρμησε, λέγων τοιάδε.

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U.C. Varr. 340.

πθʹ. " ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ, περὶ τῆς ἐμῆς διαβολῆς πρῶτον ἐς ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵνα μὴ χεῖρον τὰ κοινὰ τῷ ὑπόπτῳ μου ἀκροάσησθε. τῶν δ' ἡμῶν προγόνων τὴν [o] προξενίαν ὑμῶν κατά τι ἔγκλημα ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν [p] ἀναλαμβάνων, ἐθεράπευον ὑμᾶς, ἄλλα τε, καὶ περὶ τὴν ἐκ Πύλου [q] ξυμφοράν. καὶ, διατελοῦντός μου προθύμου, ὑμεῖς, πρὸς Ἀθηναίους καταλλασσόμενοι, τοῖς μὲν [r] ἐμοῖς ἐχθροῖς δύναμιν, δι' ἐκείνων πράξαντες, ἐμοὶ δὲ ἀτιμίαν, [s] περιέθετε. καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ὑπ' ἐμοῦ, πρός τε τὰ Μαντινέων καὶ Ἀργείων τραπομένου, καὶ ὅσα ἄλλα ἠναντιούμην ὑμῖν, ἐβλάπτεσθε· καὶ νῦν, εἴ τις καὶ τότε ἐν τῷ πάσχειν

[l] Συρακοσίους Aug. cum υ recenti manu inter versus scripto *Cass.* [m] Καὶ deest *Gr.* [n] Κωλύοντας *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg. Cass. Dan.* Aug. [o] Vide *Thucyd.* l. 5. p. 317. et *Plutarchum* in Alcibiade. *Huds.* [p] Id est: ἀναλαμβάνειν ἐπιθυμῶν. *Æ. Port. Idem.* [q] Συμφορὰν *Reg.* [r] Ἐμοῖς omittunt *Ar. C. Dan.* [s] Περιέθεσθε Mosqu. et mox καὶ ante δικαίως ὑπ' ἐμ.

tineam gestas. Contigit autem, ut in Lacedæmoniorum concione, et Corinthii et Syracusani et Alcibiades eadem rogantes Lacedæmoniis persuaderent. Cum autem Ephori et Magistratus in animo haberent legatos mittere Syracusas, ut impedirent, ne cum Atheniensibus paciscerentur, nec tamen ad opem ferendam animo essent promto: *tunc* Alcibiades in medium progressus Lacedæmonios hujusmodi verbis exacuit et excitavit.

89. " Necesse est, me de mea criminatione apud vos primum verba facere, ne propter suspiciones de me conceptas, publicam causam alieniore animo audiatis. Quamvis enim mei majores publicum vestræ civitatis hospitium ob quoddam crimen vobis renuntiassent, ego tamen ipse rursus *hoc* instaurans, vos colebam cum aliis, tum vero in clade, quam ad Pylum accepistis. Et cum in hoc ego studio perseverarem, vos de compositione cum Atheniensibus agentes, inimicis quidem meis, re per ipsos tentata, potentiam; mihi vero, ignominiam conciliastis. Et propterea, cum in eo, quod ad Mantineorum et Argivorum partes transierim, tum etiam in cæteris rebus, in quibus ego vobis sum adversatus, a me jure læsi fuistis. Quare si quis

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

οὐκ [s] εἰκότως ὀργίζετό μοι, μετὰ τοῦ ἀληθοῦς [t] σκοπῶν ἀναπειθέσθω. ἤ, εἴ τις, διότι καὶ τῷ δήμῳ προσεκείμην μᾶλλον, χείρω με [u] ἐνόμισε, [v] μηδ' [x] οὕτως [y] ἡγήσηται ὀρθῶς ἄχθεσθαι. τοῖς γὰρ τυράννοις ἀεί ποτε διάφοροί ἐσμεν. πᾶν δὲ τὸ ἐναντιούμενον τῷ δυναστεύοντι, δῆμος ὠνόμασται· καὶ ἀπ' ἐκείνου [z] ξυμπαρέμεινεν ἡ προστασία ἡμῖν τοῦ πλήθους. ἅμα δὲ [a] καὶ, τῆς πόλεως δημοκρατουμένης, [b] τὰ πολλὰ, ἀνάγκη ἦν, τοῖς παροῦσιν ἕπεσθαι. τῆς δὲ ὑπαρχούσης ἀκολασίας ἐπειρώμεθα [c] μετριώτεροι [d] ἐς τὰ [e] πολιτικὰ εἶναι. ἄλλοι δ' ἦσαν, καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι, καὶ νῦν, οἳ ἐπὶ τὰ [f] πονηρότερα ἐξῆγον τὸν ὄχλον· οἵπερ [g] καὶ ἐμὲ ἐξήλασαν. ἡμεῖς δὲ τοῦ ξύμπαντος προέστημεν, δικαιοῦντες, ἐν ᾧ σχήματι μεγίστη ἡ πόλις ἐτύγχανε καὶ ἐλευθερωτάτη οὖσα, καὶ ὅπερ ἐδέξατό τις, τοῦτο ξυνδιασώζειν. [h] ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγιγνώσκομεν οἱ φρονοῦντές

[s] Ἠκότως *Cass.* εἰδότες Mosqu. [t] Ἀναπειθέσθω σκοπῶν *Dan.* [u] Ἐνόμιζε *Reg. Cass. Gr. Bas. Steph.* 2. *Port.* Aug. [v] Μηδὲ *Gr.* [x] Οὗτος *Reg.* [y] Ἡγήσητε *Bar. Gr. Ald. Flor. Bas.* [z] Ξυμπαρέμινεν (per ι) Mosqu. [a] Καὶ deest *Reg. Cass.* Aug. [b] Ταπολλὰ *Bar. Ald. Flor. Reg.* Κατὰ πολλὰ *Gr.* [c] Μετριώτερον *Bar. Gr. Ald. Flor. Reg.* Bas. [d] Ἐς deest *Gr.* [e] Πολεμικὰ *Ar.* [f] Πονηρώτατα *Cass.* [g] Καί με *Gr.* [h] Ἐπειδὴ *Marg. Ar. C. Ald. Flor. Bas. Dan.* Mox δημοκρατίαν Mosqu.

tunc, dum damnum acciperet, immerito mihi irascebatur, nunc *rem* cum veritate examinans, sententiam mutet. Aut si quis, quod factionem popularem potius, *quam paucorum factionem*, sectarer, me *propterea* deteriorem *esse* putabat, ne sic quidem *iste* se recte *mihi tunc* infensum fuisse ducat. Semper enim tyrannis fuimus infesti. Quicquid enim tyrannis adversatur, id populus nominatur. Hinc autem factum est, ut popularis imperii tuendi studium in animo nostro permanserit. Præterea quod *nostra* civitas imperio populari regeretur, plerumque necesse *nobis* fuit res præsentes sequi. * Sed tamen in administranda republica conati sumus nos moderatius gerere, quam *popularis* intemperantiæ consuetudo ferat. Nam et majorum et nostra memoria alii erant, qui plebem ad deteriora concitabant; qui me quoque ejecerunt. Nos vero reipublicæ præfuimus, æquum esse censentes, in qua forma civitas maxima atque liberrima fuisset, et quam quis accepisset, hanc *etiam ab eo* conservari. Nam cum *nos omnes*, qui aliqua prudentia præditi eramus, popularem statum cognoscebamus, *et quanta sit ejus levitas, ac improbitas, probe sciebamus*, †tum vero ipse non deterius, *quam ullus alius, hoc noveram:* quo etiam *graviorem injuriam ab eo accepi, propter quam ipsi*

* Interim licentia, quæ nobis suppetebat, moderatius in rebus civilibus instituimus uti. *Acacius.*

† Tum vero ipse, quo majore injuria affectus sum, eo magis vitupero. *Valla; qui videtur lectionem eandem sequi, quam et Schol. nostra meliorem.* Huds.

τι, καὶ αὐτὸς ὀυδενὸς ἂν χεῖρον, [i] ὅσον καὶ λοιδορήσαιμι. ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένης [k] ἀγνοίας οὐδὲν ἂν καινὸν [l] λέγοιτο· καὶ τὸ μεθιστάναι αὐτὴν οὐκ ἐδόκει [m] ἡμῖν ἀσφαλὲς εἶναι, ὑμῶν πολεμίων [n] προσκαθημένων."

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

ϛ'. "Καὶ τὰ μὲν ἐς τὰς ἐμὰς διαβολὰς, τοιαῦτα ξυνέβη. περὶ δὲ ὧν [o] ὑμῖν τε βουλευτέον, καὶ ἐμοὶ, εἴ τι πλέον οἶδα, [p] εἰσηγητέον, μάθετε ἤδη. ἐπλεύσαμεν ἐς Σικελίαν, πρῶτον μὲν, εἰ δυναίμεθα, Σικελιώτας καταστρεψόμενοι, μετὰ [q] δ' ἐκείνους αὖθις, καὶ Ἰταλιώτας· ἔπειτα καὶ [r] τῆς Καρχηδονίων ἀρχῆς καὶ αὐτῶν [s] ἀποπειράσοντες. εἰ δὲ προχωρήσειε ταῦτα, ἢ πάντα, ἢ [t] καὶ τὰ πλείω, ἤδη τῇ Πελοποννήσῳ ἐμέλλομεν ἐπιχειρήσειν, κομίσαντες ξύμπασαν μὲν τὴν ἐκεῖθεν προσγενομένην δύναμιν τῶν Ἑλλήνων, πολλοὺς δὲ βαρβάρους μισθωσάμενοι, καὶ Ἴβηρας, καὶ ἄλλους τῶν ἐκεῖ [u] ὁμολογουμένως νῦν βαρβάρων μαχιμωτάτες· τριήρεις [v] τε πρὸς ταῖς [x] ἡμετέραις πολλὰς ναυπηγησάμενοι, (ἐχούσης τῆς Ἰταλίας ξύλα ἄφθονα,) οἷς τὴν Πελοπόννησον πέριξ πολιορκοῦντες, [y] καὶ τῷ πεζῷ ἅμα

[i] Ὅσῳ *Ar. C. Reg. Cass. Dan.* Aug. Mosqu. qui postremus et mox χωρεῖν pro χεῖρον. [k] Ἀνοίας *Marg. Ar. C. Cl. Gr. Bar. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Dan.* Aug. [l] Γένοιτο *Reg.* [m] Ὑμῖν *Bar. Ald. Flor. Bas.* [n] Προκαθημένων *Reg. Dan.* [o] Ἡμῖν *Reg. Cass.* Aug. [p] Ἐσηγητέον *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. [q] Δὲ ἐκείνους *Reg. Cass.* Aug. [r] Forsan et hæc accipienda sunt per figuram Grammaticis ἓν διὰ δυοῖν appellatam, pro τῆς ἀρχῆς αὐτῶν τῶν Καρχηδονίων. *Æ. Port. Huds.* [s] Ἀποτειράσονται *Reg.* [t] Καὶ deest *Gr.* [u] Ὁμολογουμένων Mosqu. et mox μαχιμωτάτων. Id. τὰς ante ἡμετέραις. [v] Δὲ *C.* [x] Ὑμετέραις *Cass.* [y] Si sanus sit locus,

liberius convicium dicere, ipsumque jure objurgare possem. Sed de minime dubia *status popularis* amentia nihil novi dici posset. Hunc autem immutare, non videbatur nobis esse tutum, quod vos hostes *quodammodo* obsideretis."

90. "Quod igitur attinet ad meas criminationes, hæc acciderunt. Jam vero *res*, de quibus et vobis *est* consultandum, et mihi (si quid melius, *quam vos*, novi) agendum, cognoscite. In Siciliam eo animo trajecimus, primum quidem, ut Sicilienses, si possemus, in nostram potestatem redigeremus, mox vero post illos, et Italos. Deinde ut etiam illos, qui Carthaginiensium imperio parent, atque adeo ipsos *Carthagienses* ut tentaremus. Quod si hæc *nobis* successissent, aut omnia, aut etiam pleraque, tunc vero Peloponnesum aggredi statueramus; universis Græcorum copiis, quas nobis illinc adjunxissemus, adductis, multisque barbaris mercede conductis, et Iberis, et aliis, qui *omnium* barbarorum in illis regionibus habitantium sine controversia bellicosissimi nunc habentur: ædificatis etiam permultis triremibus, præter nostras, (quod Italia magnam materiæ copiam habeat) quibus Peloponnesum circumcirca obsidentes, et pedi-

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

ἐκ γῆς ἀφορμαῖς, τῶν πόλεων τὰς μὲν βίᾳ λαβόντες, [z] τὰς δ' [a] ἐντειχισάμενοι, ῥᾳδίως, [b] ἠλπίζομεν, καταπολεμήσειν, καὶ [c] μετὰ ταῦτα καὶ τοῦ ξύμπαντος Ἑλληνικοῦ ἄρξειν. χρήματα δὲ καὶ σῖτον, ὥστε εὐπορώτερον [d] γίγνεσθαι τινὰ αὐτῶν, αὐτὰ τὰ προσγενόμενα ἐκεῖθεν χωρία ἔμελλε διαρκῆ ἄνευ τῆς ἐνθένδε προσόδε παρέξειν."

ϛα'. "Τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ νῦν οἰχομένου στόλου παρὰ τοῦ τὰ ἀκριβέστατα εἰδότος, ὡς [e] διενοήθημεν, ἀκηκόατε· [f] καὶ, ὅσοι ὑπόλοιποι στρατηγοὶ, ἢν δύνωνται, ὁμοίως αὐτὰ πράξουσιν. ὡς δὲ, εἰ μὴ βοηθήσετε, οὐ περιέσται τἀκεῖ, μάθετε [g] ἤδη. Σικελιῶται γὰρ ἀπειρότεροι μέν εἰσιν, ὅμως δ' ἂν, ξυστραφέντες ἀθρόοι, καὶ νῦν ἔτι περιγένοιντο. [h] Συρακούσιοι δὲ μόνοι, μάχῃ τε ἤδη πανδημεὶ [i] ἡσσημένοι, καὶ ναυσὶν ἅμα κατειργόμενοι, ἀδύνατοι ἔσονται τῇ νῦν Ἀθηναίων ἐκεῖ παρασκευῇ ἀντισχεῖν. καὶ, [k] εἰ αὕτη ἡ πόλις ληφθήσεται, ἔχεται καὶ ἡ πᾶσα Σικελία, καὶ εὐθὺς καὶ Ἰταλία. καὶ, ὃν ἄρτι κίνδυνον ἐκεῖθεν προεῖπον, οὐκ ἂν διὰ

verba ita accipienda sunt: *καὶ τῷ πεζῷ ἅμα. ἐκ γῆς αὐτῇ ἐπιχειροῦντες, καὶ ταύταις ταῖς ἀφορμαῖς χρώμενοι, τῶν πόλεων* etc. *Æ. Port.* Ἐφορμαῖς pro *ἀφορμαῖς* legunt *Ar. C. Reg. Cass. Dan.* Aug. [z] Τὰς δε *Gr.* [a] Ἐντειχισόμενοι *Gr.* [b] Ἐλπίζομεν *Gr.* [c] Μεταταῦτα *Reg.* [d] Γίγνεσθαί τι *Reg. Cass.* Aug. et Mosqu. qui et omitt. δὲ post *χρήματα.* [e] Διενοήθη μὲν Mosqu. [f] Καὶ αὐτὰ Mosqu. et mox *τὰ ἐκεῖ.* [g] Ἤδη omittunt *Ar. C. Dan.* [h] Συρακόσιοι cum *υ* super *ο* recenti manu scripto *Cass.* [i] Ἡσσαμένοι *Dan.* [k] Εἰ ἡ αὕτη ἡ πόλις *Gr.* Mox *καὶ* abest Mosqu.

tatu pariter a terra *invadentes, his* subsidiis, urbium aliis quidem per vim captis, aliis vero circumvallatis, sperabamus fore, ut *eam* facile debellaremus, postea vero totius etiam Græciæ imperio potiremur. Pecuniam vero et commeatum, ut res illas, *quas animo conceperamus*, commodius perageremus, *illa* ipsa regionum illarum oppida *nobis* adjuncta, præter hujus regionis proventus, *quibus sine negotio frui potuissemus, nobis* erant abunde suppeditatura."

91. "Quæ igitur fuerint nostra consilia de classe nunc *in Siciliam* profecta, ex homine, qui res istas exploratissimas habet, audistis. Et duces, quotquot *illic sunt* reliqui, æque *ac si ego quoque illic essem*, hæc, si possint, peragent. Quod autem et res illæ salvæ esse nequeant, nisi succurratis, jam discite. Sicilienses enim, sunt illi quidem imperiti: sed tamen, si frequentes in unum coëant, nunc etiam superstites esse poterunt. Syracusani vero soli, quod et prœlio, ad quod maximas copias ex omni totius populi ordine ac ætate collectas duxerant, *ab Atheniensibus* superati fuerint, et classe simul *ab iisdem* coërceantur, Atheniensium apparatui, qui nunc illic est, resistere non poterunt. Quod si hæc urbs capiatur, reliqua etiam Sicilia, mox et Italia occupabitur. Atque periculum, quod illinc

μακροῦ [i] ὑμῖν ἐπιπέσοι. ὥστε μὴ, περὶ [k] τῆς Σικελίας, τὶς οἰέσθω μόνον βουλεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου, εἰ μὴ ποιήσετε τάδε ἐν τάχει, στρατιάν τε ἐπὶ νεῶν [l] πέμψετε τοιαύτην ἐκεῖσε, οἵτινες, [m] αὐτερέται κομισθέντες, καὶ [n] ὁπλιτεύσουσιν εὐθύς· καὶ (ὃ τῆς στρατιᾶς ἔτι χρησιμώτερον εἶναι νομίζω,) ἄνδρα Σπαρτιάτην ἄρχοντα, [o] ὡς ἂν τούς τε παρόντας ξυντάξῃ, καὶ τοὺς [p] μὴ ἐθέλοντας προσαναγκάσῃ. οὕτω γὰρ οἵ τε ὑπάρχοντες ὑμῖν φίλοι θαρσήσουσι μᾶλλον, καὶ οἱ [q] ἐνδοιάζοντες, ἀδεέστερον [r] προσίασι. καὶ τὰ ἐνθάδε χρὴ ἅμα φανερώτερον ἐκπολεμεῖν, ἵνα [s] Συρακούσιοί τε, νομίζοντες, ὑμᾶς [t] ἐπιμελεῖσθαι, μᾶλλον ἀντέχωσι, [u] καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς ἑαυτῶν ἧσσον ἄλλην ἐπικουρίαν [v] πέμπωσι. τειχίζειν δὲ χρὴ [w] Δεκέλειαν τῆς Ἀττικῆς, ὅπερ Ἀθηναῖοι μάλιστα ἀεὶ φοβοῦνται, καὶ [x] μόνου αὐτοῦ νομίζουσι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ οὐ διαπεπειρᾶσθαι. βεβαιότατα δ᾽ αν τις [y] οὕτω τοὺς πολεμίους βλάπτοι, εἰ, ἃ μάλιστα δεδιότας αὐτοὺς αἰσθάνοιτο, ταῦτα, σαφῶς πυνθανόμενος, ἐπιφέροι. εἰκὸς γὰρ, αὐτοὺς ἀκριβέστατα ἑκάστους τὰ σφέτερα αὐτῶν

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

[i] Ἡμῖν *Ar. C.* [k] Τῆς deest *C.* [l] Pro πέμψατε. *Æ. Port.* [m] Αὐθαιρέται *Reg.* [n] Ὁπλιτεύσουσιν *Ar. C. Bar. Ald. Flor. Steph.* 1. *Dan.* Mosqu. [o] Ὅς ἂν *Ar. C.* mox συντάξει Mosqu. [p] Μὴ θέλοντας *Ar. C. Gr. Cl. Cass.* Aug. Mosqu. [q] Ἐνδιάζ. Mosqu. [r] Προσιάσι *Gr.* [s] Συρακόσιοι *Cass.* et sic passim. [t] Ἐπιμελῆσθαι *Cass.* et Aug. sed hic inter ι et μ a m. 2. scr. με. [u] Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι *Cl. Gr.* [v] Πέμπουσι Mosqu. [w] Vide *Annott. Huds.* [x] Μόνον *Ar. C.* [y] Οὕτως *Cass.* Aug.

vobis impendere modo prædixi, non multo post in vos irruet. Quare nemo de Sicilia tantum, sed etiam de Peloponneso, *se* consultare putet, nisi hæc celeriter feceritis. Eum autem exercitum in naves impositum illuc mittetis, *qui collectus erit ex iis*, qui *eo* delati, iidem et remiges et mox milites erunt: et (quod ipso exercitu longe utilius esse puto) virum Spartanum imperatorem, ut et illos, qui adsunt, in officio contineat, et illos, qui *adesse* recusant, *ad officium* compellat. Sic enim et qui vobis amici sunt, majorem habebunt fiduciam, et qui animo sunt dubio, minus timide *ad vos* accedent. Et quod attinet ad hujus regionis loca, oportet *vos* simul hinc *Atheniensibus* apertius bellum inferre, ut et Syracusani, existimantes, vos *de sua salute* solicitos esse, magis *et alacrius Atheniensibus* resistant, et Athenienses aliud auxilium suis *in Siciliam* minus mittant. Deceleam autem, quæ est in Attica, oportet munire, quod Athenienses perpetuo præcipue formidant, et, hoc solum *incommodum* in bello *se* non expertos esse, putant. Et sane quis ita certissimis damnis hostes afficiat, si, quæ maxime ipsos formidare senserit, hæc ipse plane comperta habens, *ipsis* inferat. Verisimile enim est, singulos ipsorum mala, unde periculum aliquod im-

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

[z] δεινὰ ἐπισταμένους φοβεῖσθαι. ἃ δ᾽ ἐν τῇ [a] ἐπιτειχίσει αὐτοὶ ὠφελούμενοι τοὺς ἐναντίους [b] κωλύσετε, πολλὰ παρεὶς, τὰ μέγιστα κεφαλαιώσω. οἷς [c] τε γὰρ ἡ χώρα κατεσκεύασται, τὰ πολλὰ πρὸς ὑμᾶς, τὰ μὲν ληφθέντα, τὰ δ᾽ αὐτόματα, ἥξει. καὶ τὰς τοῦ [d] Λαυρείου τῶν [e] ἀργυρείων μετάλλων προσόδους, καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νῦν ὠφελοῦνται, εὐθὺς ἀποστερήσονται. [f] μάλιστα δὲ, τῆς ἀπὸ τῶν ξυμμάχων προσόδου ἧσσον διαφορουμένης, [g] οἱ, τὰ παρ᾽ ὑμῶν, νομίσαντες, ἤδη [h] κατὰ κράτος πολεμεῖσθαι, [i] ὀλιγωρήσουσι."

ϟβ΄. "Γίγνεσθαι δέ τι αὐτῶν καὶ ἐν τάχει, καὶ προθυμότερον, ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὦ Λακεδαιμόνιοι. [k] ἐπεὶ, ὥς γε δυνατὰ, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεσθαι, οἶμαι, γνώμης, πάνυ θαρσῶ· καὶ [l] χείρων οὐδενὶ ἀξιῶ δοκεῖν ὑμῶν εἶναι, εἰ τῇ ἐμαυτοῦ μετὰ τῶν πολεμιωτάτων, [m] φιλόπολις ποτὲ δοκῶν εἶναι, νῦν ἐγκρατῶς ἐπέρχομαι· [n] οὐδὲ ὑποπτεύεσθαί μου, εἰς τὴν φυγαδικὴν προθυμίαν, τὸν

[z] Δεινὰ deest *Dan.* [a] Ἐπιχειρήσει Mosqu. [b] Κωλύετε *Gr.* [c] Τε deest *Ar.* [d] De Fodinis in Laurio vide *Thucyd.* l. 2. Meminere item plures, *Hesych. Suid. Scholiastes Aristoph. Aliique.* Inde γλαῦκες Λαυριωτικαὶ nummi ex argento Laureotico cusi et noctua signati. Vide *Meursium* de Fortuna Attica pag. 56. Cap. VII. *Huds.* Λαυρίου *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. [e] Ἀργυρίων *Gr.* Aug. [f] Scil. ἀποστερήσονται, vel βλαφθήσονται. *Æ. Port. Huds.* [g] Οἱ Basil. [h] Κατακράτος *Bar. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg.* Aug. [i] Ὀληγωρ. per η Mosqu. [k] Id est: καὶ γὰρ πάνυ θαρσῶ ὡς ταῦτα, τὰ ὑπ᾽ ἐμοῦ λεγόμενα, δυνατά ἐστι, καὶ οἶμαι οὐχ ἁμαρτήσεσθαι τῆς γνώμης. *Æ. Port. Huds.* [l] Χεῖρον *Ar. C. Reg. Cass.* Aug. [m] Φιλόπολίς τε δοκῶν εἶναι *Bar. Reg.* [n] Ἀξιῶ repetendum ἀπὸ κοινοῦ. *Æ. Port. Huds.*

pendeat, optime cognoscere, ac formidare. Commoda autem, quæ ex hac munitione exstructa *vos* ipsi percipietis, et *quibus* adversarios *frui* prohibebitis, ut multa omittam, ea, quæ maxima sunt, summatim dicam. Nam et ea, quibus *ipsorum* ager est instructus, pleraque, partim quidem *a vobis per vim* capta, partim vero sua sponte in vestram potestatem venient. Et proventibus, quos percipiunt ex argenti secturis, quæ sunt in Laurio *monte*, et commodis, quæcunque nunc ex agro judiciisque capiunt, statim privabuntur. Præcipue vero *gravissimum detrimentum capient*, si a sociis vectigalia non afferantur, qui, existimantes, bellum a vobis acriter jam administrari, *ipsos* negligent."

92. "Quarum rerum ut aliquid mature et impigre fiat, in vobis est situm, Lacedæmonii. Nam, *hæc* fieri posse, (existimo autem, fore, ut opinione minime fallar;) prorsus confido. Sed *a vobis* peto, ne cuiquam vestrum deterior esse videar, si cum infestissimis *meæ patriæ* hostibus, ego, qui quondam patriæ amans habitus sum, jam contra meam ipsius *patriam* acerrime tendam: neve oratio mea veniat in suspicionem studii, quo exsules uti solent, *ut hac sua animorum alacritate, quam oratione*

λόγον. Φυγάς τε γάρ εἰμι τῆς τῶν ἐξελασάντων πονη- Bell.
ρίας, καὶ οὐ τῆς [l] ὑμετέρας, ἢν πείθησθέ μοι, [m] ὠφε- Pelop. an. 17.
λείας· καὶ πολεμιώτεροι [n] οὐχ, οἱ τοὺς πολεμίους που Olymp. 91. 2.
βλάψαντες, ὑμεῖς, ἢ οἱ τοὺς φίλους ἀναγκάσαντες U. C.
πολεμίους γενέσθαι. τό, τε [o] φιλόπολι οὐκ, [p] ἐν ᾧ ἀδι- Varr. 340.
κοῦμαι, ἔχω, [q] ἀλλ' ἐν ᾧ ἀσφαλῶς [r] ἐπολιτεύθην. [s] οὐδ', ἐπὶ πατρίδα οὖσαν ἔτι, [t] ἡγοῦμαι, ἰέναι, πολὺ δὲ μᾶλλον τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι. καὶ φιλόπολις οὗτος ὀρθῶς, οὐχ, ὃς ἂν τὴν ἑαυτοῦ ἀδίκως ἀπολέσας μὴ ἐπίῃ, ἀλλ', ὃς ἂν ἐκ παντὸς τρόπου, διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν, πειραθῇ αὐτὴν ἀναλαβεῖν. οὕτως, ἔμοιγε, ἀξιῶ, ὑμᾶς καὶ ἐς κίνδυνον καὶ ἐς ταλαιπωρίαν πᾶσαν ἀδεῶς χρῆσθαι, ὦ Λακεδαιμόνιοι· γνόντας, τοῦτον δὴ τὸν ὑφ' ἁπάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς, εἰ, πολέμιός [u] γε ὢν, σφόδρα ἔβλαπτον, καὶ ἄν, φίλος ὢν, ἱκανῶς ὠφελοίην· ὅσῳ τὰ μὲν Ἀθηναίων οἶδα, τὰ δ' ὑμέτερα [v] εἴκαζον. καὶ αὐτοὺς [w] νῦν, νομίσαντας περὶ μεγίστων δὴ τῶν διαφερόντων βουλεύεσθαι, μὴ [x] ἀποκνεῖν τὴν ἐς τὴν Σικελίαν τε καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν στρατείαν· ἵνα

[l] Ἡμετέρας *Reg.* [m] Ὠφελίας Aug. et sic infr. et sæp., *Cass. Gr.* [n] Οὐχὶ τοὺς *C. Dan.* mox βλέψαντες Mosqu. pro βλάψ. et ἡμεῖς pro ὑμ. et οἱ ante τ. φίλ. d. [o] Φιλόπολιν *Cass. Reg.* Aug. [p] Seil. χρόνῳ *Huds.* [q] Ἀλλὰ *Gr.* [r] Ἐπολιτευόμην *Marg.* [s] Οὐδὲ ἐπὶ *Gr.* Mosqu. [t] Ἡγοῦμαι νῦν ἰέναι *Ar. C. Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Dan.* Aug. [u] Ἐγὼ pro γε Mosqu. [v] Ἤικαζον Aug. itid., *Reg. Cass.* cum adnotatione in margine *Reg.* σημείωσαι ἤκαζον. [w] Αὐτοὺς ὑμᾶς Mosqu. [x] Ἀποκινεῖν *Dan.*

demonstrant, eorum, apud quos verba faciunt, benevolentiam sibi concilient. Exsul enim sum propter improbitatem illorum, qui *urbe me* expulerunt: sed non a vestra (si mihi credideritis) utilitate *exsulo.* Neque vero vos, qui *nobis* hostibus aliquando nocuistis, mihi pro hostibus magis estis habendi, quam qui amicos coëgerunt hostes fieri. Et amorem in patriam retineo, non quum *a meis civibus* injuriam accipio: sed quum in republica tuto vivebam. Neque existimo, me bellum inferre ei, quæ adhuc patria *mihi* sit; imo vero potius eam, quæ *mihi* nulla est, recuperare. Atque is vere est patriæ amans, non, qui suam, quam injuste amisit, non invadit: sed qui eam, propter illius desiderium, quavis ratione recuperare conatur. Quamobrem, Lacedæmonii, a vobis peto, ut opera mea et in periculis et in omnibus laboribus intrepide utamini: et sciatis id, quod ab omnibus passim jactatur, si, dum hostis essem *vobis*, vehementer nocui, me etiam, si *vobis* amicus sim, multum *vobis* prodesse posse; idque *eo magis,* quo *magis* res quidem Atheniensium cognitas habeo, vestras vero conjecturis assequebar. A vobis etiam *peto*, ut, cum nunc de maximi momenti rebus consultari sentiatis, ne expeditionem in Siciliam atque in Atticam suscipere vos pigeat: ut

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

τά τε ἐκεῖ [y] βραχεῖ μορίῳ ξυμπαραγενόμενοι, μεγάλα σώσητε, καὶ Ἀθηναίων τήν τε οὖσαν καὶ τὴν μέλλουσαν δύναμιν καθέλητε, καὶ [z] μετὰ ταῦτα αὐτοί τε ἀσφαλῶς οἰκῆτε, καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος, ἑκούσης, [a] καὶ οὐ βίᾳ, κατ' εὔνοιαν δὲ, [b] ἡγήσησθε."

ϞΓ'. [c] Ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης τοσαῦτα [d] εἶπεν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, διανοούμενοι μὲν καὶ αὐτοὶ πρότερον στρατεύειν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, μέλλοντες [e] δὲ ἔτι καὶ περιορώμενοι, πολλῷ μᾶλλον ἐπεῤῥώσθησαν, διδάξαντος ταῦτα ἕκαστα αὐτοῦ, καὶ νομίσαντες, παρὰ τοῦ σαφέστατα εἰδότος ἀκηκοέναι. ὥστε τῇ ἐπιτειχίσει τῆς Δεκελείας προσεῖχον [f] ἤδη τὸν νοῦν, [g] καὶ τοπαραυτίκα καὶ τοῖς ἐν [h] τῇ Σικελίᾳ πέμπειν τινὰ τιμωρίαν. καὶ [i] Γύλιππον τὸν Κλεανδρίδου προστάξαντες ἄρχοντα τοῖς Συρακουσίοις, ἐκέλευον, μετ' ἐκείνων καὶ τῶν Κορινθίων [k] βουλευόμενον, ποιεῖν, [l] ὅπῃ ἐκ τῶν παρόντων [m] μάλιστα καὶ τάχιστα τὶς [n] ὠφέλεια ἥξει τοῖς ἐκεῖ.

[y] Id est: *βραχεῖ μορίῳ τῶν ὑμετέρων στρατιωτῶν ξυμπαραγενόμενοι τὰ μεγάλα πράγματα τὰ ἐκεῖ ὄντα σώσητε. Æ. Port. Huds.* [z] Μεταταῦτα *Ar. Bar. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg.* [a] Καὶ deest *Reg.* [b] Ἡγήσεσθε *Cass.* Aug. [c] Ὁ μὲν οὖν Ἀλκιβιάδης *Ar. C.* Mosqu. [d] Εἶπε *Gr.* [e] Δ' ἔτι *Reg. Cass.* Aug. δέτι Mosqu. qui et *μέλοντες.* [f] Ἤδει Mosqu. [g] Καὶ παραυτίκα *Ar. C. Dan.* Καὶ τὸ παρ' αὐτίκα *Cass.* Aug. [h] Τῇ deest *Gr.* Mosqu. [i] Γύλιππον τὸν Κλεαρίδου *Ar. C.* Τὸν Κλεάρχου habet *Diodorus Sic.* l. 15. qui, ut credit *Palmerius* in Exercit. p. 55. est ex hoc loco corrigendus; quum et *Thucydidis* in iis rebus fides sit potior, et Κλεανδρίδας Spartanum magis sapiat. *Huds.* Κλεαρίδου etiam *Dan.* [k] Βουλευόμενοι *Ar.* in margine. Βουλευομένων a prima manu, ex emendat. *βουλευόμενον Cass. βουλευόμενοι* Mosqu. [l] Ὅποι *Ald. Flor. Bas.* Ὅπῃ *Cass.* Aug. [m] Id est: *μεγίστη τις ὠφέλεια καὶ ταχίστη* (vel *μεγίστη τις ὠφέλεια καὶ τάχιστα,* vel *καὶ τοῦτο τάχιστα*) *ἥξει τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ,* scil. *τοῖς Σικελοῖς καὶ Σικελιώταις. Æ. Port.* [n] Ὠφιλία, et in marg. eadem manu *σημείωσαι ὠφιλία διὰ τοῦ ι.*

exigua manu *illuc* una profecti, res magnas, quæ illic sunt, conservetis; et Atheniensium potentiam, et præsentem et futuram, evertatis: et in posterum ipsi tuto *in vestris sedibus* habitetis, et universæ Græciæ non invitæ, sed voluntariæ, et per benevolentiam imperium obtineatis."

93. Atque Alcibiades quidem hæc dixit. Lacedæmonii vero, cum et ipsi jam ante bellum Athenis inferre cogitarent, * sed adhuc cunctarentur, et occasionem observarent, *tunc* multo magis confirmati sunt, postquam ipse hæc singula docuit, quod existimarent, se audisse ab eo, qui planissime nosset. Quamobrem animum jam appulerunt ad muniendam Deceleam, et ad aliquod auxilium Siculis statim mittendum. Cum autem Gylippum, Cleandridæ *filium*, Syracusanis ducem assignassent, jusserunt *eum* cum ipsis et Corinthiis consultare, operamque dare, ut pro præsenti rerum facultate maximum aliquod auxilium Siculis, idque pri-

* Sed adhuc aliquid circumspectantes cunctarentur, multo magis etc. *Valla.* Sed adhuc negligentes cunctarentur etc. *Steph.* Contemtim tamen illud atque otiose fecerunt etc. *Acacius.* Huds.

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 340.

ὁ δὲ δύο μὲν ναῦς [o] τοὺς Κορινθίους [p] ἤδη ἐκέλευέν οἱ πέμπειν ἐς Ἀσίνην, τὰς δὲ λοιπὰς παρασκευάζεσθαι, ὅσας διανοοῦνται πέμπειν, καὶ, [q] ὅταν καιρὸς ᾖ, ἑτοίμας [r] εἶναι πλεῖν. ταῦτα δὲ ξυνθέμενοι, ἀνεχώρουν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος. ἀφίκετο δὲ καὶ [s] ἡ ἐκ τῆς Σικελίας τριήρης τῶν Ἀθηναίων, ἣν ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ ἐπί τε χρήματα καὶ ἱππέας. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀκούσαντες, ἐψηφίσαντο τήν τε τροφὴν [t] πέμπειν τῇ στρατιᾷ καὶ τοὺς ἱππέας. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα· καὶ ἕβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης [u] ξυνέγραψεν.

Bell. Pelop. an. 18. Olymp. 91. 2/3. U. C. Varr. 340/1. Post Mart. 30. et April.

ϛδ. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ, τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι, ἄραντες ἐκ τῆς Κατάνης, παρέπλευσαν ἐπὶ Μεγάρων τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ, [v] οὓς ἐπὶ Γέλωνος τοῦ τυράννου (ὥσπερ καὶ πρότερόν μοι εἴρηται,) ἀναστήσαντες Συρακούσιοι, αὐτοὶ ἔχουσι τὴν γῆν. ἀποβάντες δὲ ἐδῄωσαν τούς [w] τε ἀγροὺς, καὶ ἐλθόντες ἐπὶ [x] ἔρυμά τι τῶν [y] Συρακουσίων, καὶ οὐχ ἑλόντες, αὖθις καὶ πεζῇ καὶ ναυσὶ παρακομισθέντες ἐπὶ τὸν [z] Τηρέαν ποταμὸν, τό τε πε-

